[11] Kapitalinių triumvirų žinioje buvo asmenys, nuteisti už sunkius nusikaltimus ***(crimina capitalia)***, už kuriuos grėsė mirties bausmė arba izoliavimas nuo visuomenės atitolinant kaltininką nuo gyvenamosios vietos ***(exilium)***. Taigi mirties bausmė Romos piliečiui galėjo būti pakeista tremtimi. Ištremtas asmuo neturėjo teisės grįžti, priešingu atveju buvo nužudomas. Kai kurių autorių nuomone, ***exilium*** reikėtų traktuoti ne kaip bausmę, o kaip galimybę likti gyvam.

32. Capta deinde Sardinia mox sicilia, item hispania, deinde narbonensi provincia totidem praetores, quot provinciae in dicionem venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus praeessent. deinde cornelius sulla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, et praetores quattuor adiecit. deinde gaius iulius caesar duos praetores et duos aediles qui frumento praeessent et a cerere cereales constituit. ita duodecim praetores, sex aediles sunt creati. divus deinde augustus sedecim praetores constituit. post deinde divus claudius duos praetores adiecit qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus unum divus titus detraxit: et adiecit divus nerva qui inter fiscum et privatos ius diceret. ita decem et octo praetores in civitate ius dicunt.

§ 32. Okupavus Sardiniją, vėliau Siciliją, Ispaniją ir Narbono provinciją, buvo įsteigta tiek pretorių, kiek provincijų pateko [romėnų] jurisdikcijos įtakon, idant šie pretoriai rūpintųsi ir miesto, ir provincijos reikalais. Po to Kornelijus Sula nustatė viešąjį tyrimą bylų, susijusių su klastojimu, žudymu, plėšimu, ir įsteigė dar keturias pretorių pareigybes. Paskui Gajus Julijus Cezaris įsteigė dvi pretoriaus ir dvi edilų pareigybes, turėjusias rūpintis javais, ir pavadino asmenis, einančius šias pareigas, *cerealiniais*, pagal [deivės] Cereros vardą. Taigi buvo įsteigta dvylika pretorių ir šešios edilų pareigybės. Dieviškasis Augustas įsteigė dar [keturias] pretorių pareigybes iki šešiolikos pretorių. Paskui dieviškasis Klaudijus pridėjo du pretorius, įgalintus užsiimti fideikomisų klausimais, dieviškasis Titas vieną iš jų panaikino; dieviškasis Nerva įsteigė pretoriaus, sprendžiančio ginčus, kilusius tarp iždo ir privačių asmenų, pareigybę. Vadinasi, teisingumą mieste įgyvendino aštuoniolika pretorių.

33. Et haec omnia, quotiens in re publica sunt magistratus, observantur: quotiens autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat: is vocatur praefectus urbi. qui praefectus olim constituebatur: postea fere latinarum feriarum causa introductus est et quotannis observatur. nam praefectus annonae et vigilum non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt. et tamen hi, quos cistiberes diximus, postea aediles senatus consulto creabantur.

§ 33. Tokios tvarkos buvo laikomasi visuomet, kai magistratai būdavo mieste; kiekvieną kartą jiems išvykus teisingumo įgyvendinimu rūpinosi pretorius, pavadintas miesto prefektu *(praefectus urbi)*. Toks prefektas jau egzistavo ir ankstesniais laikais; vėliau buvo atkurtas ryšium su lotyniškom atostogom ir kiekvienais metais ėjo savo pareigas. [Reikia turėti omeny, kad] grūdų derliaus ir naktinės sargybos prefektai nėra magistratai, tačiau šios specialios pareigybės buvo įsteigtos viešosios naudos sumetimais. Taip pat ir tie, kuriuos mes *cistiberiais*[12] vadinam, vėliau vieno Senato nutarimo pagrindu tapo edilais.

34. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem et octo praetores, sex aediles in civitate iura reddebant.

§ 34. Taigi iš visų jų mieste įgyvendino teisingumą dešimt plebso tribūnų, du konsulai, aštuoniolika pretorių [ir] šeši edilai.

35. Iuris civilis scientiam plurimi et maximi viri professi sunt: sed qui eorum maximae dignationis apud populum romanum fuerunt, eorum in praesentia mentio habenda est, ut appareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sunt. et quidem ex omnibus, qui scientiam nancti sunt, ante tiberium coruncanium publice professum neminem traditur: ceteri autem ad hunc vel in latenti ius civile retinere cogitabant solumque consultatoribus vacare potius quam discere volentibus se praestabant.

§ 35. Civilinės teisės mokslo skleidimu užsiėmė daug garsių žmonių. Tačiau šiuo atveju paminėsime tik tuos, kuriuos romėnų tauta vertino labiausiai, idant išryškėtų, kieno dėka atsirado ši teisė ir kas mums ją perdavė. Nėra žinių, kad kažkas iš visų [šio] mokslo pasekėjų jį būtų pradėjęs viešai skleisti anksčiau už *Tiberijų Korunkanijų*: kiti, iki jo, arba tikėjosi išlaikyti civilinę teisę paslaptyje, arba pageidavo geriau rūpintis tais, iš kurių gaudavo konsultacijas, negu pasitarnauti tiems, kurie norėjo išmokti.

[12] *Cistiberiai* – žemesnio rango policininkai.

36. Fuit autem in primis peritus publius papirius, qui leges regias in unum contulit. ab hoc appius claudius unus ex decemviris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. post hunc appius claudius eiusdem generis maximam scientiam habuit: hic centemmanus appellatus est, appiam viam stravit et aquam claudiam induxit et de pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit: hunc etiam actiones scripsisse traditum est primum de usurpationibus, qui liber non exstat: idem appius claudius, qui videtur ab hoc processisse, r litteram invenit, ut pro valesiis valerii essent et pro fusiis furii.

§ 36. Vienas iš pirmųjų [juristų] buvo sumanusis *Publijus Papirijus*, kuris surinko į visumą karališkuosius įstatymus. Jo mokinys buvo *Apijus Klaudijus* – vienas iš decemvirų, kurio patarimai, surašant XII Lentelių įstatymą, turėjo labai didelę reikšmę. Po jo – [kitas], nepaprastai išprusęs Apijus Klaudijus, kilęs iš tos pačios giminės ir pavadintas „šimtarankiu" *(Centemmanus)*: jis išgrindė Apijaus kelią, nutiesė Klaudijaus vandentiekį ir pasisakė už sprendimą neįsileisti į miestą Pyro. Turima žinių, kad jis pirmasis parašė veikalą apie *usucapio* (įgyjamosios senaties) nutraukimą, bet ši knyga nėra išlikusi. Tas pats Apijus Klaudijus išrado raidę „r" ir atrodo, kad lemiamai prisidėjo, jog vietoj „Valesii" atsirastų „Valerii" ir vietoj „Fusii" – „Furii".

37. Fuit post eos maximae scientiae sempronius, quem populus romanus sofon appellavit, nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine cognominatus est. gaius scipio nasica, qui optimus a senatu appellatus est: cui etiam publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. deinde quintus mucius, qui ad carthaginienses missus legatus, cum essent duae tesserae positae una pacis altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet referret romam, utramque sustulit et ait carthaginienses petere debere, utram mallent accipere.

§ 37. Kitas nepaprastai išmanus buvo *Sempronijus*, romėnų tautos pavadintas *Sofòs* (išmintingasis), ir niekas nei prieš jį, nei po jo nebuvo vadinamas tokiu vardu. Paskui buvo *Gajus Scipionas Nasika*, kurį senatas pavadino „Geriausiuoju", jam netgi visuomenės sąskaita buvo paskirtas namas Šventojoje gatvėje, idant paprasčiau būtų kreiptis į jį patarimų. Dar buvo *Kvintas Mucijus* – [Romos] pasiuntinys Kartaginoje, kuriam buvo įteiktos dvi lentelės, viena [siūlanti] taiką, kita – karą, ir suteikta teisė išsirinkti tą, kurią pageidautų nugabenti į Romą; jis iškėlė abi lenteles ir pareiškė, kad [patys] kartaginiečiai turi paprašyti tos lentelės, kurią norėtų gauti.

38. Post hos fuit Tiberius Coruncanius, ut dixi, qui primus profiteri coepit: cuius tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura et memorabilia eius fuerunt. deinde sextus aelius et frater eius publius aelius et publius atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt, ut duo aelii etiam consules fuerint, atilius autem primus a populo sapiens appellatus est. sextum aelium etiam ennius laudavit et exstat illius liber qui inscribitur "tripertita", qui liber veluti cunabula iuris continet: tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. eiusdem esse tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant eiusdem esse: hos sectatus ad aliquid est cato. deinde marcus cato princeps porciae familiae, cuius et libri exstant: sed plurimi filii eius, ex quibus ceteri oriuntur.

39. Post hos fuerunt publius mucius et brutus et manilius, qui fundaverunt ius civile. ex his publius mucius etiam decem libellos reliquit, brutus septem, manilius tres: et extant volumina scripta manilii monumenta. illi duo consulares fuerunt, brutus praetorius, publius autem mucius etiam pontifex maximus.

§ 38. Po jų buvo *Tiberijus Korunkanijus*, kuris, kaip jau esu minėjęs, pirmasis pradėjo viešai mokyti teisės, jo raštai neišliko, tačiau atsakymai buvo gausūs ir įsimintini. Paskui *Sekstas Elijus*, jo brolis *Publijus Elijus* ir *Publijus Atilijus* pademonstravo beribį išprusimą mokydami teisės, ir abu *Elijai* tapo konsulais, o *Atilijus* buvo pirmasis, kurį tauta pavadino „Išminčiumi". Taip pat ir *Enijus* gyrė *Sekstą Eliją*; išliko jo knyga, pavadinta *Tripertita*[13], kuri, galima sakyti, yra teisės lopšys; *Tripertita* ji buvo pavadinta todėl, kad pirmiausia kalbama apie XII Lentelių įstatymą, po to apie interpretavimą ir pabaigoje – apie įstatyminius ieškinius. Teigiama, kad yra kitos trys knygos, priklausančios šiam autoriui, tačiau kai kas neigia tokią priklausomybę. Kai kuriuose dalykuose aptinkamas panašumas į Katoną. *Markas Katonas*, Porcijų šeimos galva, taip pat paliko knygų, tačiau didžioji jų dalis yra jo [Katono] sūnaus veikalai, iš kurių kiti daug pasiėmė.

§ 39. Po jų buvo *Publijus Mucijus* ir *Brutas*, ir *Manilijus*, kurie įkūrė civilinę teisę. Iš jų Publijus Mucijus paliko dešimt nedidelės apimties knygų, Brutas – septynias, Manilijus – tris; taip pat buvo išsaugoti ir tomai, pavadinti *Manilijaus monumentais*. Publijus Mucijus ir Manilijus buvo konsulai, Brutas – pretorius, Publijus Mucijus taip pat buvo ir aukščiausiasis pontifikas.

[13] *Tripertita* – susidedanti iš trijų dalių.

40. Ab his profecti sunt publius rutilius rufus, qui romae consul et asiae proconsul fuit, paulus verginius et quintus tubero ille stoicus pansae auditor, qui et ipse consul. etiam sextus pompeius gnaei pompeii patruus fuit eodem tempore: et coelius antipater, qui historias conscripsit, sed plus eloquentiae quam scientiae iuris operam dedit: etiam lucius crassus frater publii mucii, qui munianus dictus est: hunc cicero ait iurisconsultorum disertissimum.

41. Post hos quintus mucius publii filius pontifex maximus ius civile primus constituit generatim in libros decem et octo redigendo.

42. Mucii auditores fuerunt complures, sed praecipuae auctoritatis aquilius gallus, balbus lucilius, sextus papirius, gaius iuventius: ex quibus gallum maximae auctoritatis apud populum fuisse servius dicit. omnes tamen hi a servio sulpicio nominantur: alioquin per se eorum scripta non talia exstant, ut ea omnes appetant: denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum, sed servius libros suos complevit, pro cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.

§ 40. Jų mokiniai buvo *Publijus Rutilijus Rufas*, Romos konsulas ir prokonsulas[14] Azijoje, taip pat *Paulius Verginijus* ir *Kvintas Tuberonas*, – pastarasis yra stoikų filosofas, Parnezijaus mokinys, taip pat jis buvo ir konsulu. Tuo pačiu periodu buvo *Sekstas Pompėjus*, Gnėjaus Pompėjaus dėdė iš tėvo pusės; taip pat *Celijus Antipatras*, kuris rašė istorijas, tačiau buvo labiau pasišventęs oratorystės menui, nei teisės mokslui; taip pat [buvo] *Liucijus Krasas*, Publijaus Mucijaus brolis, vadinamas Mucianu. Ciceronas tvirtina, kad jis (Liucijus Krasas) buvęs iškalbingiausias iš visų teisės žinovų.

§ 41. Po jų *Kvintas Mucijus*, Publijaus sūnus, aukščiausiasis pontifikas, – pirmasis, kuris apibendrino civilinę teisę ir išdėstė ją aštuoniolikoje knygų.

§ 42. Buvo daug Mucijaus mokinių, tačiau išskirtinį autoritetą turėjo *Akvilijus Galas, Balbas Lucilijus, Sekstas Papirijus, Gajus Juvencijus*. Iš visų jų, pasak Servijaus, didžiausią autoritetą tautos akyse turėjo *Galas*; tačiau *Servijus Sulpicijus* mini juos visus. Be kita ko, jų raštai nėra išlikę tokiu pavidalu, kad visi galėtų jais naudotis; priešingai, jų veikalai niekada necirkuliavo visuomenėje iš vienų rankų į kitas, tačiau Servijus dažnai juos cituoja savo knygose, kurios mums juos [minėtus Mucijaus mokinius] ir primena.

---

[14] Prokonsulas – magistratas, dažniausiai renkamas iš ekskonsulų, valdantis vieną iš provincijų ir turintis konsulo įgaliojimus.

43. Servius autem sulpicius cum in causis orandis primum locum aut pro certo post marcum tullium optineret, traditur ad consulendum quintum mucium de re amici sui pervenisse cumque eum sibi respondisse de iure servius parum intellexisset, iterum quintum interrogasset et a quinto mucio responsum esse nec tamen percepisse, et ita obiurgatum esse a quinto mucio: namque eum dixisse turpe esse patricio et nobili et causas oranti ius in quo versaretur ignorare. ea velut contumelia servius tactus operam dedit iuri civili et plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiit, institutis a balbo lucilio, instructus autem maxime a gallo aquilio, qui fuit cercinae: itaque libri complures eius extant cercinae confecti. hic cum in legatione perisset, statuam ei populus romanus pro rostris posuit, et hodieque exstat pro rostris augusti. huius volumina complura exstant: reliquit autem prope centum et octoginta libros.

§ 43. Apie *Servijų Sulpicijų*, kuris buvo pirmas teisminių kalbų oratorius, arba, be jokios abejonės, antras, po Marko Tulijaus [Cicerono], kalbama, kad pastarasis nuvyko pas Kvintą Mucijų pasikonsultuoti vieno savo draugo reikalu: nesupratęs Kvinto atsakymo teisiniu požiūriu, uždavė jam klausimą pakartotinai, tada, Servijui nesupratus ir šį kartą, Kvintas papriekaištavo jam ir pasakė, esą gėda kilmingam patricijui, atliekančiam gynėjo pareigą bylose, neišmanyti teisės, kurią pačiam tenka taikyti. Šio priekaišto paveiktas, Servijus atsidėjo civilinei teisei ir tapo labai atidžiu teisininkų, apie kuriuos kalbėjome, klausytoju; iš pradžių [jis] buvo mokomas Balbo Lucilijaus, [tačiau] pagrindinis jo mokytojas buvo Akvilijus Galas iš Cercinijos, todėl liko daug Servijaus knygų, parašytų [būtent] Cercinijoje. Kai Servijus, atlikdamas pasiuntinio pareigą, žuvo, romėnų tauta rostrų priešaky jam pastatė paminklą (statulą), kurį ir šiandien galime rasti priešais Augusto rostras. Servijus paliko daug veikalų: apie 180 knygų.

44. Ab hoc plurimi profecerunt, fere tamen hi libros conscripserunt: alfenus varus gaius, aulus ofilius, titus caesius, aufidius tucca, aufidius namusa, flavius priscus, gaius ateius, pacuvius labeo antistius labeonis antisti pater, cinna, publicius gellius. ex his decem libros octo conscripserunt, quorum omnes qui fuerunt libri digesti sunt ab aufidio namusa in centum quadraginta libros. ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit alfenus varus et aulus ofilius, ex quibus varus et consul fuit, ofilius in equestri ordine perseveravit. is fuit caesari familiarissimus et libros de iure civili plurimos et qui omnem partem operis fundarent reliquit. nam de legibus vicensimae primus conscribit: de iurisdictione idem edictum praetoris primus diligenter composuit, nam ante eum servius duos libros ad brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.

§ 44. Jis [Servijus] turėjo labai daug mokinių, tačiau knygų parašė tik šie: *Alfenas Varas, Gajus, Aulas Ofilijus, Titas Cesijus, Aufidijus Tuka, Aufidijus Namūsa, Flavijus Priskas, Gajus Atėjus, Pakuvijus Labeonas Antistijus* – Labeono Antistijaus tėvas, *Cina* ir *Publicijus Gelijus*. Iš šių dešimties teisės žinovų aštuoni parašė veikalus, kurias Aufidijus Namūza pagal tvarką išdėstė 140-yje knygų. Iš minėtų mokinių Alfenas Varas ir Aulas Ofilijus buvo labai autoritetingi, pirmasis netgi tapo konsulu, o Ofilijus pasiliko raitelių luome. Pastarasis buvo labai artimas Cezario draugas ir paliko daugybę civilinės teisės knygų, kuriose yra išdėstyti visi šio dalyko pagrindai. Juk būtent jis [Ofilijus] pirmasis parašė apie dvidešimtosios dalies[15] įstatymus; be to, jis pirmasis kruopščiai aprašė pretoriaus ediktą, nes prieš jį [tik] Servijus paliko dvi, [tačiau] labai glaustas knygas, dedikuotas Brutui ir pavadintas *Apie ediktą*.

[15] „Dvidešimtoji dalis" – paveldėjimo mokestis, kurį įvedė Augustas.

45. Fuit eodem tempore et trebatius, qui idem cornelii maximi auditor fuit: aulus cascellius, quintus mucius volusii auditor, denique in illius honorem testamento publium mucium nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quaestorius nec ultra proficere voluit, cum illi etiam augustus consulatum offerret. ex his trebatius peritior cascellio, cascellius trebatio eloquentior fuisse dicitur, ofilius utroque doctior. cascellii scripta non exstant nisi unus liber bene dictorum, trebatii complures, sed minus frequentantur.

46. Post hos quoque tubero fuit, qui ofilio operam dedit: fuit autem patricius et transiit a causis agendis ad ius civile, maxime postquam quintum ligarium accusavit nec optinuit apud gaium caesarem. is est quintus ligarius, qui cum africae oram teneret, infirmum tuberonem applicare non permisit nec aquam haurire, quo nomine eum accusavit et cicero defendit: exstat eius oratio satis pulcherrima, quae inscribitur pro quinto ligario. tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et privati et complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectavit scribere et ideo parum libri eius grati habentur.

§ 45. Tuo pačiu metu gyveno ir *Trebacijus* – Kornelijaus Maksimo mokinys, taip pat *Aulas Kascelijus* – mokinys Voluzijaus, kuris savo ruožtu buvo Kvinto Mucijaus mokinys. Jis [Voluzijus] Kvinto Mucijaus garbei paskyrė pastarojo vaikaitį Publijų Mucijų savo testamentiniu įpėdiniu; buvo jis [Voluzijus] kvestorium ir nenorėjo eiti jokių kitų pareigų, nors Augustas jam siūlė tapti konsulu. Sklido kalbos, kad Trebacijus išmanė daugiau už Kascelijų, pastarasis buvo iškalbingesnis už Trebacijų, [o] Ofilijus buvo sumanesnis už juos abu. Kascelijus nepaliko veikalų, išskyrus vieną šmaikščių posakių knygą, pavadintą *Benedictorum*; Trebacijus paliko daug veikalų, tačiau mažai kas jais vadovaujasi.

§ 46. Po jų gyveno *Kvintas Tuberonas*, bendradarbiavęs su Ofilijum. Jis [Kvintas] buvo patricijus, kuris atsisakė praktinės teisinės veiklos ir pasišventė civilinės teisės mokslui, ypač po to, kai prie Gajaus Cezario apkaltino Kvintą Ligarijų ir pralaimėjo bylą. Tai buvo tas pats Kvintas Ligarijus, kuris tuo metu saugojo Afrikos pakrantę ir neleido negaluojančiam Tuberonui nei priplaukti prie kranto, nei pasipildyti vandens atsargų, dėl ko Tuberonas jį ir apkaltino, o Ciceronas gynė; išliko nepaprastai graži pastarojo kalba, pavadinta *Kvinto Ligarijaus naudai*. Tuberonas labai gerai išmanė tiek privatinę, tiek viešąją teisę ir paliko daug knygų apie abu šiuos dalykus; [tačiau] jis rašė archainės kalbos stiliumi, todėl jo knygos nebuvo labai mėgstamos.

47. Post hunc maximae auctoritatis fuerunt ateius capito, qui ofilium secutus est, et antistius labeo, qui omnes hos audivit, institutus est autem a trebatio. ex his ateius consul fuit: labeo noluit, cum offerretur ei ab augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere, sed plurimum studiis operam dedit: et totum annum ita diviserat, ut romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet et conscribendis libris operam daret. itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. hi duo primum veluti diversas sectas fecerunt: nam ateius capito in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat, labeo ingenii qualitate et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innovare instituit.

48. Et ita ateio capitoni massurius sabinus successit, labeoni nerva, qui adhuc eas dissensiones auxerunt. hic etiam nerva caesari familiarissimus fuit. massurius sabinus in equestri ordine fuit et publice primus respondit: posteaque hoc coepit beneficium dari, a tiberio caesare hoc tamen illi concessum erat.

§ 47. Po jo buvo labai autoritetingi *Atėjus Kapitonas* – Ofilijaus sekėjas, ir *Antistijus Labeonas*, kuris buvo visų jų klausytojas, tačiau pagrindinis jo mokytojas buvo Trebacijus. Tarp jų konsulas Atėjus; Labeonas, nors Augustas jam ir siūlė tapti konsulu, išrenkant jį konsulo pavaduotoju atsisakė šių pareigų ir atsidėjo mokslui. Jis paskirstė savo laiką taip, kad pusę metų praleisdavo Romoje kartu su kitais mokslininkais, o kitus šešis mėnesius išvykdavo ir skirdavo knygoms rašyti. Taigi paliko 400 tomų, daugelį jų vis dar suvynioja ir išvynioja [skaitytojų] rankos. Šie du teisės žinovai davė pradžią dviem skirtingoms mokykloms, nes Atėjus Kapitonas vadovavosi tuo, kas jam buvo perduota [protėvių], o Labeonas, genialaus proto ir pasitikintis turimomis žiniomis, besidomintis taip pat ir kitomis mokslo sritimis, pradėjo naujai žvelgti į daugelį dalykų.

§ 48. Atėjaus Kapitono sekėju tapo *Mazūrijus Sabinas*, o Labeono – *Nerva*, kurie dar labiau įtvirtino tokį požiūrių skirtumą. Nerva, be to, buvo labai artimas Cezario draugas. Mazūrijus Sabinas priklausė raitelių luomui ir buvo pirmasis [iš šio luomo gretų], viešai teikiantis responsus [atsakymus] juridiniais klausimais; iš tiesų vėliau buvo pradėta teikti tokią privilegiją, tačiau jam ją davė Tiberijus Cezaris.

49. Et, ut obiter sciamus, ante tempora augusti publice respondendi ius non a principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa utique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. primus divus augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate eius responderent: et ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit. et ideo optimus princeps hadrianus, cum ab eo viri praetorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis hoc non peti, sed praestari solere et ideo, si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum se praepararet.

50. Ergo sabino concessum est a tiberio caesare, ut populo responderet: qui in equestri ordine iam grandis natu et fere annorum quinquaginta receptus est. huic nec amplae facultates fuerunt, sed plurimum a suis auditoribus sustentatus est.

§ 49. Prabėgomis paminėsime, kad iki Augusto laikų imperatoriai nesuteikdavo teisės viešai aiškinti teisę, kita vertus, tie, kurie pasitikėjo savo žiniomis, duodavo atsakymus visiems, kas jų klausdavo patarimo; ir nepateikdavo kiekvienu atveju atsakymų, patvirtintų anspaudu, bet dažniausiai patys rašydavo teisėjams, arba tie, kurie gaudavo jų patarimą, paliudydavo [apie jį] teisėjui savarankiškai. Dieviškasis Augustas, siekdamas išaukštinti teisės autoritetą, buvo pirmasis, kuris nustatė, kad teisė aiškinama turi būti remiantis jo įgaliojimu; nuo to laiko ši teisė [duoti atsakymus] buvo pradėta traktuoti kaip privilegija. Ir dėl to puikiausiasis imperatorius Hadrianas kai kuriems pretoriams, prašantiems suteikti teisę duoti atsakymus, reskriptu nustatė, kad tokios teisės nereikia prašyti, ji turi būti praktikuojama [įgyvendinama], todėl yra malonu, kad tas, kas pasitiki savimi, rengiasi aiškinti teisę tautai.

§ 50. Taigi Tiberijus Cezaris leido Sabinui duoti atsakymus tautai; jis [Sabinas] buvo priimtas į raitelių luomą būdamas jau vyresnio amžiaus, beveik 50-ties metų; nebuvo turtingas, tačiau jam labai padėjo jo mokiniai.

51. Huic successit gaius cassius longinus natus ex filia tuberonis, quae fuit neptis servii sulpicii: et ideo proavum suum servium sulpicium appellat. hic consul fuit cum quartino temporibus tiberii, sed plurimum in civitate auctoritatis habuit eo usque, donec eum caesar civitate pelleret.

52. Expulsus ab eo in sardiniam, revocatus a vespasiano diem suum obit. nervae successit proculus. fuit eodem tempore et nerva filius: fuit et alius longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad praeturam usque pervenit. sed proculi auctoritas maior fuit, nam etiam plurimum potuit: appellatique sunt partim cassiani, partim proculiani, quae origo a capitone et labeone coeperat.

53. Cassio caelius sabinus successit, qui plurimum temporibus vespasiani potuit: proculo pegasus, qui temporibus vespasiani praefectus urbi fuit: caelio sabino priscus iavolenus: pegaso celsus: patri celso celsus filius et priscus neratius, qui utique consules fuerunt, celsus quidem et iterum: iavoleno prisco aburnius valens et tuscianus, item salvius iulianus.

§ 51. Po jo [Sabino] buvo *Gajus Kasijus Longinas*, vienos iš Tuberono dukterų, Servijaus Sulpicijaus anūkės, sūnus; todėl jis apie Serviјų Sulpiciјų kalba kaip apie savo proprosenelį. Tiberijaus laikais [Gajus Kasijus Longinas] buvo konsulu kartu su Kvartinu, tačiau turėjo didelį autoritetą mieste tik iki tol, kol cezaris [Neronas] jo neištrėmė.

§ 52. Ištremtas į Sardiniją mirė po to, kai Vespasianas jį atšaukė iš tremties. Po Nervos buvo *Prokulas*. Tuo pačiu metu gyveno ir *Nerva (sūnus)* bei kitas Longinas, priklausęs raitelių luomui ir vėliau tapęs pretorium. Vis dėlto Prokulas turėjo didesnį autoritetą ir buvo labai įtakingas. Dalis šių teisininkų buvo vadinami *kasijiečiais*, kita dalis – *prokuliečiais*, ir pradžią tam davė Kapitonas ir Labeonas.

§ 53. Po Kasijaus buvo *Celijus Sabinas*, turėjęs labai didelę įtaką Vespasiano laikais; po Prokulo *Pegasas*, kuris Vespasiano laikais buvo [Romos] miesto prefektas; po Celijaus Sabino – *Priskas Javolėnas*; po Pegaso – *Celsas*. Po Celso tėvo buvo *Celsas sūnus* ir *Priskas Neracijus*, kurie abu buvo konsulai, o Celsas buvo konsulu du kartus; po Javolėno Prisko buvo *Aburnijus Valentas* ir *Tuscianas*, paskui *Salvijus Julianas*.





III Dig.

De legibus senatusque consultis et longa consuetudine

III skyrius

Apie įstatymus, senatuskonsultus ir ilgalaikius papročius

1. PAPINIANUS libro primo definitionum. Lex est commune praeceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis rei publicae sponsio.

2. MARCIANUS libro primo institutionum. Nam et demosthenes orator sic definit: touto estin nomos, hw pantas anvrwpous prosykei peivesvai dia polla, kai malista hoti pas estin nomos ehurema men kai dwron veou, dogma de anvrwpwn fronimwn, epanorvwma de twn hekousiwn kai akousiwn hamartymatwn, polews de sunvyky koiny, kav' hyn hapasi prosykei zyn tois en ty polei . sed et philosophus summae stoicae sapientiae chrysippus sic incipit libro, quem fecit peri nomou: ho nomos pantwn esti basileus veiwn te kai anvrwpinwn pragmatwn: dei de auton prostatyn te einai twn kalwn kai twn aisxrwn kai arxonta kai hygemona, kai kata touto kanona te einai dikaiwn kai adikwn kai twn fusei politikwn zwwn prostaktikon men hwn poiyteon, apagoreutikon de hwn ou poiyteon.

3. POMPONIUS libro vicensimo quinto ad Sabinum. Iura constitui oportet, ut dixit theophrastus, in his, quae epi to pleiston accidunt, non quae ek paralogou.

1. *Papinianas, I Def.* Įstatymas yra bendro pobūdžio taisyklė, išmintingų žmonių nutarimas, nusikaltimų, įvykdytų tyčia arba iš nežinojimo [dėl neatsargumo], pažabojimas, visuotinis tautos (respublikos) susitarimas.

2. *Marcianas, I Inst.* Kadangi ir oratorius Demostenas jį [įstatymą] šitaip apibrėžia: „Įstatymas yra tai, kam visi žmonės turi paklusti dėl daugelio svarių priežasčių, ypač dėl to, kad kiekvienas įstatymas yra dieviškasis kūrinys ir dovana, išmintingų žmonių sprendimas, nusikaltimų, įvykdytų noromis ir nenoromis [tyčinių ir neatsargių], pažabojimas, visuotinis miesto [piliečių] susitarimas, kuriuo privalu vadovautis gyvenant šiame mieste." Taip pat ir filosofas Chrisipas, pasižymėjęs begaline stoiko išmintimi, savo knygą *Apie įstatymus* pradeda tokiais žodžiais: „Įstatymas yra visų žmogiškų ir dieviškų reikalų karalius, todėl privalu, kad jis būtų gerų ir blogų poelgių vadovas; vadas bei vedlys [tų] būtybių, kurios iš prigimties yra politiškos; teisingų ir neteisingų poelgių kanonas, nustatantis, ką privalu daryti, ir draudžiantis tai, ko negalima daryti."

3. *Pomponijus, XXV Sab.* Pasak Teofrasto, teisė[16] turi būti nustatoma tik tiems atvejams, kurie pasikartoja dažnai, o ne tiems, kurie atsitinka pavieniui.

[16] Turimos omeny teisės normos.

4. CELSUS libro quinto digesto rum. Ex his, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur:

5. IDEM libro XVII digesto rum. Nam ad ea potius debet aptari ius, quae et frequenter et facile, quam quae perraro eveniunt.

6. PAULUS libro XVII ad Plautium. To gar hapac y dis , ut ait theophrastus, parabainousin hoi nomovetai.

7. MODESTINUS libro I regularum. Legis virtus haec est imperare vetare permittere punire.

8. ULPIANUS libro III ad Sabinum. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur.

9. IDEM libro XVI ad edictum. Non ambigitur senatum ius facere posse.

10. IULIANUS libro LVIIII digestorum. Neque leges neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus qui quandoque inciderint comprehendantur, sed sufficit ea quae plerumque accidunt contineri.

4. *Celsas, V Dig.* Teisė *(iura)* nėra kuriama remiantis tuo, kas gali nutikti tik išimtiniais atvejais.

5. *Tas pats* [*Celsas*], *XVII Dig.* Iš tiesų teisė turi būti pritaikyta lengvai ir dažnai pasitaikantiems atvejams, o ne tiems, kurie atsitinka retai.

6. *Paulius, XVII Plaucijui.* „Įstatymų leidėjai, Teofrasto teigimu, nesirūpina tuo, kas atsitinka vieną ar porą kartų."

7. *Modestinas, I Tais.* Istatymo galia yra ši: liepti, drausti, leisti, bausti.

8. *Ulpianas, III Sab.* Teisė *(iura)* yra nustatoma ne atskiriems asmenims, o visiems bendrai.

9. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XVI Ed.* Neabejotina, kad Senatas gali kurti teisę.

10. *Julianas, LIX Dig.* Nei įstatymai, nei senatuskonsultai negali būti parašyti taip, kad apimtų visus retkarčiais galinčius pasitaikyti atvejus, gana to, kad juose būtų numatyti tie, kurie atsitinka nuolat.

11. IDEM libro LXXXX digestorum. Et ideo de his, quae primo constituuntur, aut interpretatione aut constitutione optimi principis certius statuendum est.

12. IDEM libro XV digestorum. Non possunt omnes singillatim aut legibus aut senatus consultis comprehendi: sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praeest ad similia procedere atque ita ius dicere debet.

13. ULPIANUS libro I ad edictum aedilium curulium. Nam, ut ait pedius, quotiens lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certe iurisdictione suppleri.

14. PAULUS libro LIIII ad edictum. Quod vero contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.

15. IULIANUS libro XXVII digestorum. In his, quae contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

11. *Tas pats [Julianas], LXXXX Dig.* Tačiau tai, kas buvo nustatyta pirmą kartą, aiškumo dėlei turi būti nustatoma pakartotinai interpretacijos būdu arba aukščiausiojo imperatoriaus konstitucijos pagrindu.

12. *Tas pats [Julianas], XV Dig.* Įstatymai ir senatuskonsultai negali numatyti visų įmanomų [gyvenimo] atvejų, tačiau kai konkrečiu atveju yra aiški įstatymų ir senatuskonsultų pozicija, tas, kas įgyvendina jurisdikciją, privalo juos taikyti ir [visais] kitais panašiais atvejais bei jų pagrindu priimti sprendimą.

13. *Ulpianas, I Kurul. edil.* Todėl, Pedijaus tvirtinimu, kiekvieną kartą, kai įstatymu yra nustatomas vienas ar kitas dalykas, atsiranda puiki proga interpretuojant arba teismų praktikos būdu papildyti *tai*, kuo siekiama tos pačios naudos.

14. *Paulius, LIV Ed.* Tačiau tai, kas buvo nustatyta prieštaraujant teisės esmei, vėliau negali būti taikoma plečiamai.

15. *Julianas, XXVII Dig.* Tuo, kas buvo nustatyta prieštaraujant teisės esmei, mes negalime vadovautis kaip teisės principu.

16. PAULUS libro singulari de iure singulari. Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

17. CELSUS libro XXVI digestorum. Scire leges non hoc est verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

18. IDEM libro XXVIIII digestorum. Benignius leges interpraetandae sunt, quo voluntas earum conservetur.

19. IDEM libro XXXIII digestorum. In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret, praesertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

20. IULIANUS libro quinquagensimo quinto digestorum. Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest,

21. NERATIUS libro VI membranarum. Et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quae certa sunt subvertuntur.

22. ULPIANUS libro trigensimo quinto ad edictum. Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.

16. *Paulius, „Apie išimtinę teisę“.* Išimtinė teisė yra tai, ką įstatymo leidėjas nustato tam tikrais [ypatingais] visuomenės naudos sumetimais, tačiau prieštaraudamas bendrųjų normų turiniui.

17. *Celsas, XXVI Dig.* Žinoti įstatymus reiškia suvokti jų turinį ir prasmę[17], o ne žinoti [atskirus] žodžius.

18. *Tas pats [Celsas], XXIX Dig.* Įstatymai turi būti interpretuojami geranoriškai (teisingai), idant būtų išsaugota jų valia.

19. *Tas pats [Celsas], XXXIII Dig.* Kai įstatymas yra dviprasmiškas, pirmenybę reikia teikti tai [jo] reikšmei, kuri neturi trūkumų, ypač tada, kai šiuo pagrindu gali būti padaroma išvada dėl įstatymo valios.

20. *Julianas, LV Dig.* Neįmanoma pagrįsti visko, ką nustatė mūsų protėviai.

21. *Neracijus, VI Perg.* Tačiau neverta detaliai nagrinėti priežasčių to, kas buvo nustatyta; kitaip yra sugriaunama daugelis aiškių dalykų.

22. *Ulpianas, XXXV Ed.* Įstatymas, nors atlaidus dėl ko nors, kas įvyko praeityje, draudžia tai ateityje.

---

[17] *Vim ac potestatem* – pažodžiui: galią ir valią.

23. PAULUS libro quarto ad Plautium. Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt.

24. CELSUS libro VIIII digestorum. Incivile est nisi tota lege perspecta una aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere.

25. MODESTINUS libro VIII responsorum. Nulla iuris ratio aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

26. PAULUS libro IIII quaestionum. Non est novum, ut priores leges ad posteriores trahantur.

27. TERTULLIANUS libro I quaestionum. Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas et ad eas res pertinerent, quae quandoque similes erunt.

28. PAULUS libro V ad legem Iuliam et Papiam. Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint, idque multis argumentis probatur.

23. *Paulius, IV Plaucijui.* Kuo mažiau reikia keisti tai, kas visada buvo aiškinama tam tikru nustatytu būdu.

24. *Celsas, IX Dig.* Neteisinga priimti sprendimą arba duoti atsakymą remiantis tik tam tikra įstatymo ištrauka, pirmiau neišnagrinėjus įstatymo turinio visumos.

25. *Modestinas, VIII Atsak.* Jokia prasme teisė arba mielaširdinga lygybė nepakenčia, kad tos normos, kurios buvo nustatytos visų žmonių labui, mums per daug griežtai jas interpretuojant taptų rūsčios, prieštaraujančios žmonių gerovei.

26. *Paulius, IV Klaus.* Nėra naujiena, kad ankstesni įstatymai atsispindi vėlesniuose įstatymuose.

27. *Tertulianas, I Klaus.* Kadangi ankstesni ir vėlesni įstatymai yra tarpusavyje susiję, reikia visada manyti, kad pačiuose įstatymuose užkuoduota, jog jie [nenutrūkstamai] galioja asmenų ir daiktų, bet kuriuo metu patekusių į panašią padėtį, atžvilgiu.

28. *Paulius, V Juliano ir Papijaus Įst. koment.* Tačiau taip pat ir vėlesni įstatymai yra ankstesniųjų įstatymų neatskiriama dalis, išskyrus tuos atvejus, kai prieštarauja pastariesiems; daug pavyzdžių tai patvirtina.

29. IDEM libro singulari ad legem Cinciam. Contra legem facit, qui id facit quod lex prohibet, in fraudem vero, qui salvis verbis legis sententiam eius circumvenit.

30. ULPIANUS libro IIII ad edictum. Fraus enim legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: et quod distat hryton apo dianoias, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

31. IDEM libro XIII ad legem Iuliam et Papiam. Princeps legibus solutus est: augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent.

29. *Tas pats [Paulius], Cincijaus Įst. koment.* Veikia prieš įstatymą tas, kuris daro tai, ką įstatymas draudžia; apeina įstatymą tas, kuris, nepažeisdamas įstatymo raidės, iškreipia jo esmę.

30. *Ulpianas, IV Ed.* Įstatymas yra apeinamas tada, kai padaroma tai, ko jis nepageidauja, tačiau nedraudžia, kad tai būtų daroma; kaip skiriasi tai, kas pasakyta, nuo to, kas sumanyta, taip įstatymo apėjimas skiriasi nuo įstatymo pažeidimo.

31. *Tas pats [Ulpianas], XIII Juliano ir Papijaus Įst. koment.* Imperatorius yra atleistas nuo įstatymų laikymosi; nors imperatoriaus žmonai ši taisyklė negalioja, tačiau imperatoriai suteikia savo žmonoms jiems patiems priklausančias privilegijas.

32. IULIANUS libro LXXXIIII digestorum. De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est: et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum et consequens ei est: si nec id quidem appareat, tunc ius, quo urbs roma utitur, servari oportet.

1. Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. nam cum ipsae leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptae sunt, merito et ea, quae sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes: nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret an rebus ipsis et factis? quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legis latoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

33. ULPIANUS libro primo de officio proconsulis. Diuturna consuetudo pro iure et lege in his quae non ex scripto descendunt observari solet.

34. IDEM libro IIII de officio proconsulis. Cum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradictio aliquando iudicio consuetudo firmata sit.

32. *Julianas, LXXXIV Dig.* Tais atvejais, kai nėra rašytinių įstatymų, privalu vadovautis tuo, ką nustato tradicija ir papročiai; jeigu tam tikru atveju trūksta ir pastarųjų, reikia vadovautis tuo, kas mažiausiai nuo jų atitolsta ir iš pastarųjų išplaukia; esant ir šio pobūdžio stygiui, reikia vadovautis Romos miesto teise.

§ 1. Ne be pagrindo senasis paprotys yra tolygus įstatymui ir yra teisė, galima sakyti, „išplaukianti iš papročių“. Jeigu įstatymai mus įpareigoja vien dėl to, kad jie yra tautos valios išraiška, natūralu, kad visus įpareigoja tai, ką tauta pripažįsta, bet neišreiškia rašytine forma: iš tiesų argi yra skirtumas, ar tauta išreiškia savo valią balsuodama, ar veiksmais ir darbais? Todėl labai teisingai buvo nustatyta, kad įstatymai gali būti panaikinti ne tik balsuojant įstatymų leidėjui, bet ir dėl jų nebetaikymo nebylaus visų pritarimo būdu.

33. *Ulpianas, I „Apie prokonsulo pareigas“*. Senu papročiu vadovaujamasi kaip įstatymu ir teise tuo atveju, kai neturima rašytinių šaltinių.

34. *Tas pats [Ulpianas] IV „Apie prokonsulo pareigas“*. Kai kas nors rengiasi pasikliauti miesto ar provincijos papročiu, manau, visų pirma reikėtų išsiaiškinti, ar [šis] paprotys buvo patvirtintas kokiu nors teismo sprendimu.

35. HERMOGENIANUS libro I iuris epitomarum. Sed et ea, quae longa consuetudine comprobata sunt ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio non minus quam ea quae scripta sunt iura servantur.

36. PAULUS libro VII ad Sabinum. Immo magnae auctoritatis hoc ius habetur, *quod in tantum* probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.

37. IDEM libro I quaestionum. Si de interpretatione legis quaeratur, in primis inspiciendum est, quo iure civitas retro in eiusmodi casibus usa fuisset: optima enim est legum interpres consuetudo.

38. CALLISTRATUS libro I quaestionum. Nam imperator noster severus rescripsit in ambiguitatibus quae ex legibus proficiscuntur consuetudinem aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem vim legis optinere debere.

39. CELSUS libro XXIII digestorum. Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine optentum est, in aliis similibus non optinet.

40. MODESTINUS libro I regularum. Ergo omne ius aut consensus fecit aut necessitas constituit aut firmavit consuetudo.

35. *Hermogenianas, I Teisės ap.* Taip pat ir ta teisė, kuri buvo įtvirtinta ilgalaikės tradicijos būdu ir kuria, nebyliu piliečių susitarimu, buvo vadovaujamasi daugelį metų, turi ne mažesnę galią už rašytinę teisę.

36. *Paulius, VII Sab.* Ši [papročių] teisė turi didelį autoritetą, *nes buvo pripažinta* nereikalaujant jos išdėstyti rašytine forma.

37. *Tas pats [Paulius], I Klaus.* Iškilus klausimui dėl tam tikro įstatymo interpretacijos, visų pirma reikia išsiaiškinti, kokia teise anksčiau vadovavosi miestas tokio pobūdžio atvejais: iš tiesų paprotys yra pats geriausias *įstatymų aiškintojas.*

38. *Kalistratas, I Klaus.* Kadangi mūsų imperatorius Severas reskriptu nustatė, kad esant įstatymų dviprasmiškumui įstatymo galia suteikiama papročiui arba autoritetui to, kas visada buvo išsprendžiama tokiu pačiu būdu [kitaip tariant – precedentui].

39. *Celsas, XXIII Dig.* Tai, kas pirmiau buvo nustatyta ne išminties, bet klaidos pagrindu, ir dėl to tapo papročiu, neturi galios panašių atvejų atžvilgiu.

40. *Modestinas, I Tais.* Taigi kiekviena teisė yra sukuriama susitarimo pagrindu arba esant būtinybei, arba įsitvirtinus papročiui.

41. ULPIANUS libro II institutionum. Totum autem ius constitit aut in adquirendo aut in conservando aut in minuendo: aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius suum conservet, aut quomodo alienet aut admittat.

41. *Ulpianas, II Inst.* Visa teisė yra susijusi su įgijimu arba išsaugojimu, arba sumažinimu; iš tiesų turima omeny tai, kokiu būdu kažkas tampa kažkieno, arba kokiu būdu kas nors išsaugo savo daiktą arba teisę, arba kokiu būdu [juos] perleidžia arba praranda.



IV Dig.

De constitutionibus principum



IV skyrius

Apie imperatorių konstitucijas

1. ULPIANUS libro primo institutionum. Quod principi placuit, legis habet vigorem: utpote cum lege regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat.

1. Quodcumque igitur imperator per epistulam et subscriptionem statuit vel cognoscens decrevit vel de plano interlocutus est vel edicto praecepit, legem esse constat. haec sunt quas volgo constitutiones appellamus.

2. Plane ex his quaedam sunt personales nec ad exemplum trahuntur: nam quae princeps alicui ob merita indulsit vel si quam poenam irrogavit vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur.

2. ULPIANUS fideicommissorum libro quarto. In rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu aequum visum est.

3. IAVOLENUS epistularum libro tertio decimo. Beneficium imperatoris, quod a divina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.

4. MODESTINUS libro secundo excusationum. Ahi metagenesterai diataceis isxuroterai twn pro autwn eisin .

1. *Ulpianas, I Inst.* Tai, ką nustato imperatorius, turi įstatymo galią, nes tauta, *lex Regia* (karališkasis įstatymas), kuris buvo priimtas dėl aukščiausios valdžios imperatoriui suteikimo pagrindu, perduoda jam visą savo galią ir valdžią.

§ 1. Taigi visa tai, ką imperatorius nustatė surašydamas epistolą ir [ją] pasirašydamas arba dekretu po teisminio bylos tyrimo, arba nurodė žodžiu, arba nustatė ediktu, be jokios abejonės, yra įstatymas. Kalbame apie tai, ką apibendrindami vadiname konstitucijomis.

§ 2. Kai kurios konstitucijos yra asmeninio pobūdžio ir [todėl] netampa [visuotinio taikymo] pavyzdžiu. Kadangi tai, ką imperatorius suteikia kam nors už konkrečius nuopelnus, arba paskiria atitinkamą bausmę, ar pagelbėja kai kam, nesuteikdamas savo veiksmams pavyzdžio reikšmės, galioja tik to konkretaus asmens atžvilgiu.

2. *Ulpianas, IV Fidei.* Nustatant naujus dalykus, privalu ir neginčijamai naudinga atitolti nuo [tos] teisės, kuri ilgą laiką mums atrodė teisinga *(aequum)*.

3. *Javolenas, XIII Epist.* Imperatoriaus geradarystė, kylanti iš jo dieviškojo kilniadvasiškumo, turi būti interpretuojama išsamiau.

4. *Modestinas, II Pasiteis.* Vėlesnės konstitucijos turi didesnę galią už ankstesniąsias.



V Dig.

De statu hominum



V skyrius

Apie žmonių padėtį

1. GAIUS libro primo institutionum. Omne ius quo utimur vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones.

2. HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Cum igitur hominum causa omne ius constitutum sit, primo de personarum statu ac post de ceteris, ordinem edicti perpetui secuti et his proximos atque coniunctos applicantes titulos ut res patitur, dicemus.

3. GAIUS libro primo institutionum. Summa itaque de iure personarum divisio haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

4. FLORENTINUS libro nono institutionum. Libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

1. Servitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur.

2. Servi ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere ac per hoc servare nec occidere solent.

3. Mancipia vero dicta, quod ab hostibus manu capiantur.

1. *Gajus, I Inst.* Visa teisė, kuria mes naudojamės, yra susijusi su žmonėmis arba daiktais, arba ieškiniais.

2. *Hermogenianas, I Epit.* Kadangi visa teisė yra nustatyta žmonėms, mes, laikydamiesi Amžinojo Edikto tvarkos, pirmiausia kalbėsime apie asmenų padėtį, tada – apie kitas temas, sugrupuodami jas, kaip to reikalauja [nagrinėjamas] dalykas, į tarpusavyje susijusius ir nuoseklius skyrius.

3. *Gajus, I Inst.* Taigi pagrindinis padalijimas, išplaukiantis iš asmenų teisės, yra šis: visi žmonės yra arba laisvi, arba vergai.

4. *Florentinas, IX Inst.* Laisvė yra prigimtinė teisė daryti tai, kas kiekvienam iš mūsų patinka, išskyrus tai, kas yra uždrausta jėgos arba teisės.

§ 1. Vergija yra tautų teisės padarinys, kurio pagrindu ir prieštaraujant gamtos dėsniams kai kas patenka kitų asmenų valdžion.

§ 2. Vergai *(servi)* taip yra vadinami todėl, kad karo vadai turi įprotį parduoti ir tokiu būdu išsaugoti *(servare)*, o ne užmušti [karo] belaisvius.

§ 3. Taip pat [jie] dar yra vadinami *mancipijais*, nes priešas juos sugriebia ranka *(manu capiuntur)*.

5. MARCIANUS libro primo institutionum. Et servorum quidem una est condicio: liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini.

1. Servi autem in dominium nostrum rediguntur aut iure civili aut gentium: iure civili, si quis se maior viginti annis ad pretium participandum venire passus est. iure gentium servi nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur aut qui ex ancillis nostris nascuntur.

2. Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt: sufficit enim liberam fuisse eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci. (nec interest iustis nuptiis conceperit an volgo), quia non debet calamitas matris nocere ei qui in ventre est.

3. Ex hoc quaesitum est, si ancilla praegnas manumissa sit, deinde ancilla postea facta aut expulsa civitate pepererit, liberum an servum pariat. et tamen rectius probatum est liberum nasci et sufficere ei qui in ventre est liberam matrem vel medio tempore habuisse.

5. *Marcianas, I Inst.* [Visų] vergų padėtis yra vienoda; tuo tarpu laisvi žmonės vieni yra gimę laisvi *(ingenui)*, kiti yra paleisti iš vergijos *(libertini)*.

§ 1. Vergai patenka mūsų valdžion civilinės teisės arba tautų teisės pagrindu; civilinės teisės pagrindu – kai kas nors, turintis daugiau nei 20 metų, leidžiasi parduodamas, turėdamas tikslą pasidalyti už jį gautą pinigų sumą; tautų teisės pagrindu mūsų vergai yra tie, kuriuos mes paimame nelaisvėn iš priešų gretų, ir tie, kuriuos pagimdo mūsų vergės.

§ 2. Gimę laisvi *(ingenui)* yra tie, kuriuos pagimdo laisva motina; pakanka, kad motina būtų laisva kūdikio gimimo momentu, nesvarbu, kad pastojimo metu ji buvo vergė. Ir atvirkščiai, jei pastojimo momentu ji buvo laisva, o pagimdė būdama vergė, yra nustatyta, kad naujagimis išvysta šį pasaulį būdamas laisvu žmogumi (neturi jokios reikšmės, ar ji pastojo būdama teisėtoje santuokoje, ar ne), nes motinos nelaimė neturi kenkti tam, kuris yra jos įsčiose.

§ 3. Iš čia kyla klausimas, ar besilaukianti vergė, kuri buvo išlaisvinta ir po to [vėl] tapo verge arba buvo išvyta iš miesto ir pagimdė kūdikį, pagimdys laisvą žmogų, ar vergą? Buvo pripažinta teisingiau laikyti, kad jos vaikas gims laisvu žmogumi, ir tam, kuris yra įsčiose, išlaisvinti pakanka fakto, kad jis, nors tik kurį laiką, turėjo laisvą motiną.

6. GAIUS libro primo institutionum. Libertini sunt, qui ex iusta servitute manumissi sunt.

6. *Gajus, I Inst.* Kurie yra išlaisvinti iš teisėtos vergijos, tie yra *libertinai*.

7. PAULUS libro singulari de portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur. Quae liberis damnatorum conceduntur. qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset custoditur, quotiens de commodis ipsius partus quaeritur: quamquam alii antequam nascatur nequaquam prosit.

7. *Paulius, „Apie palikimo dalį".* Kilus klausimui apie pradėto, bet dar negimusio kūdikio interesus, pabrėžtina, kad esantysis įsčiose yra saugomas taip, lyg jau būtų atėjęs į šį pasaulį; tačiau iki jo gimimo niekas iš to negali gauti jokios naudos.

8. PAPINIANUS libro tertio quaestionum. Imperator titus antoninus rescripsit non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti.

8. *Papinianas, III Klaus.* Imperatorius Titas Antoninas reskriptu nustatė, kad laisvų žmonių statusas negali būti pažeistas blogai surašyto dokumento turinio pagrindu.

9. IDEM libro trigensimo primo quaestionum. In multis iuris nostri articulis deterior est condicio feminarum quam masculorum.

9. *Tas pats* [*Papinianas*], *XXXI Klaus.* Pagal daugelį mūsų teisės nuostatų, moterų padėtis yra blogesnė už vyrų.

10. ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Quaeritur: hermaphroditum cui comparamus? et magis puto eius sexus aestimandum, qui in eo praevalet.

10. *Ulpianas, I Sab.* Kyla klausimas: kam [kuriai lyčiai] mes prilyginame hermafroditą? Manau, kad jį reikėtų priskirti tai lyčiai, kuri jame yra dominuojanti.

11. PAULUS libro octavo decimo responsorum. Paulus respondit eum, qui vivente patre et ignorante de coniunctione filiae conceptus est, licet post mortem avi natus sit, iustum filium ei ex quo conceptus est esse non videri.

11. *Paulius, XVIII Atsak.* Paulius atsako, kad nėra pripažįstamas teisėtu jį pradėjusio asmens sūnumi tas, kuris buvo pradėtas esant gyvam jo motinos tėvui, nieko nežinojusiam apie savo dukters santykius, net ir tais atvejais, kai kūdikis gimė po senelio mirties.

12. IDEM libro nono decimo responsorum. Septimo mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri hippocratis: et ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.

13. HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Servus in causa capitali fortunae iudici a domino commissus, etsi fuerit absolutus, non fit liber.

14. PAULUS libro quarto sententiarum. Non sunt liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur: veluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, aliquatenus videtur effectus et ideo inter liberos connumerabitur.

12. *Tas pats [Paulius], XIX Atsak.* Remiantis Hipokrato – nepaprastai išprususio žmogaus – autoritetu, neabejojama, kad [žmogaus] palikuonis, gimęs septintą mėnesį, yra galutinai susiformavęs; ir todėl reikia pripažinti teisėtu sūnumi tą, kuris gimė septintą mėnesį iš teisėtos santuokos.

13. *Hermogenianas, I Epit.* Vergas, apkaltintas sunkaus nusikaltimo įvykdymu ir šeimininko apleistas teismo proceso metu, net ir tuo atveju, kai yra išteisinamas, netampa laisvu.

14. *Paulius, IV Sent.* Nėra pripažįstami vaikais tie, kurie, kitaip nei įprasta, gimsta žmonių giminei nebūdingo pavidalo, pavyzdžiui, jei moteris pagimdo pabaisišką arba kokią nors nenormalią būtybę. Tačiau naujagimis, turintis žmogui būdingas kūno dalis, nors ir su kai kuriais funkciniais nukrypimais, tam tikra prasme pripažįstamas susiformavusiu ir yra laikytinas vaiku.

15. TRYPHONIUS libro decimo disputationum. Arescusa, si tres peperit libera esse testamento iussa, primo partu unum, secundo tres peperit: quaesitum est, an et quis eorum liber esset. haec condicio libertati adposita iam implenda mulieri est. sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur: nec enim natura permisit simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter in servitute libertateve nascatur. incipiente igitur partu existens condicio efficit, ut ex libera edatur quod postea nascitur, veluti si quaelibet alia condicio libertati mulieris adposita parturiente ea existat. vel manumissa sub hac condicione, si decem milia heredi titiove dederit, eo momento quo parit per alium impleverit condicionem: iam libera peperisse credenda est.

15. *Trifonas, X Disp.* Testamente buvo nurodyta, kad Areskūza turi būti išlaisvinta, jei pagimdys tris vaikus; po pirmo nėštumo ji pagimdė vieną vaiką, po antrojo nėštumo pagimdė tris. Kilo klausimas, ar kuris nors iš jų bus laisvu žmogumi ir kuris? Idant vaikas gimtų laisvas, sąlyga, esanti moters išlaisvinimo pagrindu, turi būti išsipildžiusi. Todėl neabejotina, kad paskutinysis gimsta laisvas. Juk pati gamta neleido, kad du naujagimiai apleistų motinos įsčias vienu metu, po vieno ir to paties sąrėmio, dėl to esant neaiškiam gimimo eiliškumui būtų neįmanoma nustatyti, kas gimė būdamas vergu, o kas – laisvu žmogumi. Taigi aplinkybė, kad moters išlaisvinimo sąlyga jau buvo įvykdyta prasidėjus [ketvirtojo vaiko] gimdymui, lemia, jog tas, kuris dėl šio fakto išvydo pasaulį, yra gimęs iš laisvos moters, lyg moters išlaisvinimas būtų nulemtas bet kokios kitos aplinkybės, kuri jai gimdant jau buvo pasitvirtinusi; lygiai taip pat, pavyzdžiui, kaip tuo atveju, jei išlaisvinimo sąlyga būtų buvusi „Jeigu duos dešimt tūstančių paveldėtojui arba Ticijui“, kurią gimdymo momentu įvykdo kiti asmenys, taigi reikia manyti, kad moteris pagimdė būdama laisva.

16. ULPIANUS libro sexto disputationum. Idem erit, si eadem arescusa primo duo pepererat, postea geminos ediderat: dicendum est enim non posse dici utrumque ingenuum nasci, sed eum qui posterior nascitur. quaestio ergo facti potius est, non iuris.

16. *Ulpianas, VI Disp.* Tas pats galioja ir tuo atveju, jei Areskūza pirmą kartą pagimdė du vaikus, o vėliau pagimdė dvynius: svarbu, kad neįmanoma pripažinti, jog abu [dvyniai] gimė laisvi, manoma, kad laisvas yra antras gimęs kūdikis. Tačiau tai yra labiau faktinė negu teisinė problema.

17. IDEM libro vicensimo secundo ad edictum. In orbe romano qui sunt ex constitutione imperatoris antonini cives romani effecti sunt.

18. IDEM libro vicensimo septimo ad Sabinum. Imperator hadrianus publicio marcello rescripsit liberam, quae praegnas ultimo supplicio damnata est, liberum parere et solitum esse servari eam, dum partum ederet. sed si ei, quae ex iustis nuptiis concepit, aqua et igni interdictum est, civem romanum parit et in potestate patris.

19. CELSUS libro vicensimo nono digestorum. Cum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur: volgo quaesitus matrem sequitur.

20. ULPIANUS libro trigensimo octavo ad Sabinum. Qui furere coepit, et statum et dignitatem in qua fuit et magistratum et potestatem videtur retinere, sicut rei suae dominium retinet.

21. MODESTINUS libro septimo regularum. Homo liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum revertitur, quo se abdicavit, sed efficitur libertinae condicionis.

17. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXII Ed.* Visi tie, kurie gyvena Romos imperijos ribose, buvo pripažinti Romos piliečiais imperatoriaus Antonino [*Antoninus Caracalla*] konstitucijos pagrindu.

18. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXVII Sab.* Imperatorius Hadrianas reskriptu, skirtu Publijui Marcelui, nustatė, kad besilaukianti laisva moteris, nuteista mirties bausme, pagimdo laisvą žmogų, ir kad yra įprasta išsaugoti ją gyvą iki tol, kol ji pagimdo. Tačiau ir tuo atveju, kai yra taikoma vandens ir ugnies interdikcija, ta, kuri pastojo būdama teisėtoje santuokoje, pagimdo Romos pilietį, esantį [savo] tėvo valdžioje.

19. *Celsas, XXIX Dig.* Kai santuoka yra teisėta, vaikų padėtis priklauso nuo tėvo [teisinės padėties], vaikas, gimęs iš neteisėtos santuokos, pakliūna motinos [teisinės padėties] įtakon.

20. *Ulpianas, XXXVIII Sab.* Tas, kuris tapo bepročiu, išsaugo turėtą padėtį ir orumą, ir pareigas, ir valdžią lygiai taip pat, kaip išsaugo nuosavybės teisę į tai, kas yra jo.

21. *Modestinas, VII Tais.* Laisvas žmogus, kuris save pardavė, jeigu yra išlaisvinamas, negrįžta į [pirminę] padėtį, kurios atsisakė, bet atsiduria *libertino* padėtyje.

22. IDEM libro duodecimo responsorum. Herennius modestinus respondit, si eo tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit, cum ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

23. IDEM libro primo pandectarum. Volgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. qui et spurii appellantur para tyn sporan.

24. ULPIANUS libro vicensimo septimo ad Sabinum. Lex naturae haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit.

25. IDEM libro primo ad legem Juliam et Papiam. Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamvis fuerit libertinus: quia res iudicata pro veritate accipitur.

22. *Tas pats [Modestinas], XII Atsak.* Herenijus Modestinas atsako: jeigu vergė pagimdė tuo momentu, kuriuo, remiantis dovanojimo aktu, turėjo būti išlaisvinta, kadangi konstitucijos pagrindu jau yra tapusi laisva, pagimdo laisvą žmogų.

23. *Tas pats [Modestinas], I Pand.* „Minios pradėtais" vadinami tie, kurie negali nurodyti savo tėvo, arba tie, kurie nors ir gali jį nurodyti, tačiau jų tėvas yra toks, kurio neleistina turėti. Jie taip pat yra vadinami *spurijais*, nuo graikiško žodžio *spora* – sėkla.

24. *Ulpianas, XXVII Sab.* Gamtos dėsnis yra toks: tas, kas gimė iš neteisėtos santuokos, įgauna savo motinos statusą, išskyrus tuos atvejus, kai specialus įstatymas numato kitaip.

25. *Tas pats [Ulpianas], I Juliano ir Papijaus įst. koment.* Pripažįstamas laisvu žmogumi tas, kuris tokiu buvo pripažintas teismo sprendimu, net ir tuo atveju, kai faktiškai jis yra *libertinas*.

26. IULIANUS libro sexagensimo nono digestorum. Qui in utero sunt, in toto paene iure civili intelleguntur in rerum natura esse. nam et legitimae hereditates his restituuntur: et si praegnas mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit postliminium habet, item patris vel matris condicionem sequitur: praeterea si ancilla praegnas subrepta fuerit, quamvis apud bonae fidei emptorem pepererit, id quod natum erit tamquam furtivum usu non capitur: his consequens est, ut libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent.

27. ULPIANUS libro quinto opinionum. Eum, qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit.

26. *Julianas, LXIX Dig.* Tie, kurie yra įsčiose, beveik visoje civilinėje teisėje yra suvokiami kaip egzistuojantys daiktų pasaulyje; juk jiems ir teisėtas palikimas yra grąžinamas; ir jeigu besilaukianti moteris patenka priešų nelaisvėn, tam, kuris gimsta, priklauso sugrįžimo į Tėvynę teisė, ir [jis] taip pat perima tėvo arba motinos statusą [priklausomai nuo aplinkybių]. Be to, jei besilaukianti vergė buvo pagrobta, nors ir pagimdė būdama sąžiningo pirkėjo žinioje, kūdikis, būdamas vagystės dalyku, negali tapti jo nuosavybe įgyjamosios senaties būdu. Iš šių pavyzdžių išplaukia, kad taip pat ir *libertinų*, iki tol, kol patronui gali gimti sūnus, [teisinė] padėtis tokia, kokia yra visų tų, kurie turi patronus.

27. *Ulpianas, V Nuom.* Patronas, netgi įvaikindamas, negali suteikti laisvo iš prigimties žmogaus *(ingenuus)* statuso tam, kuris prisipažįsta esąs *libertinas*.



VI Dig.

De his qui sui vel alieni iuris sunt



VI skyrius

Apie savosios ir svetimosios teisės asmenis

1. GAIUS libro primo institutionum. De iure personarum alia divisio sequitur, quod quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt. videamus itaque de his, quae alieno iuri subiectae sunt: nam si cognoverimus quae istae personae sunt, simul intellegemus quae sui iuris sunt. dispiciamus itaque de his, quae in aliena potestate sunt.

1. Igitur in potestate sunt servi dominorum (quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus dominis in servos vitae necisque potestatem fuisse) et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio romano sunt, licet supra modum et sine causa legibus cognita in servos suos saevire. nam ex constitutione divi antonini qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. sed et maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur.

1. *Gajus, I Inst.* Asmenų teisė *(iura personarum)* lemia kitokį skirstymą, nes tam tikri asmenys yra teisiškai nepriklausomi, o kai kurie – priklauso nuo kitų asmenų teisės. Tad visų pirma pasidomėkime tais, kurie priklauso nuo svetimos valdžios: sužinoję, kas yra šie asmenys, tuo pačiu suvoksime, kokie asmenys yra teisiškai nepriklausomi. Taigi panagrinėkime padėtį tų, kurie yra kitų asmenų valdžioje.

§ 1. Vergai yra šeimininkų valdžioje; ši valdžia yra tautų teisės padarinys; iš tiesų mes galime konstatuoti, kad visose tautose ir tuo pačiu būdu šeimininkams priklausė [jų] vergų gyvybės ir mirties teisė; visa tai, ką įgyja vergas, yra įgyjama šeimininko naudai [tampa šeimininko nuosavybe].

§ 2. Tačiau šiuo metu nė vienam žmogui, esančiam romėnų valdžioje, nėra leistina nesaikingai ir be įstatyme numatytos priežasties žiauriai elgtis su savo vergais. Todėl, kad vienos dieviškojo Antonino konstitucijos pagrindu yra įsakyta, jog tas, kas be [pateisinamos] priežasties nužudo savo vergą, yra baudžiamas lygiai taip pat kaip asmuo, nužudęs svetimą vergą. Be to, ir perdėtas šeimininkų žiaurumas baudžiamas remiantis minėto imperatoriaus konstitucija.

2. ULPIANUS libro octavo de officio proconsulis. Si dominus in servos saevierit vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat, quae sint partes praesidis, ex rescripto divi pii ad aelium marcianum proconsulem baeticae manifestabitur. cuius rescripti verba haec sunt: " dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra saevitiam vel famem vel intolerabilem iniuriam denegetur his qui iuste deprecantur. ideoque cognosce de querellis eorum, qui ex familia iulii sabini ad statuam confugerunt, et si vel durius habitos quam aequum est vel infami iniuria affectos cognoveris, veniri iube ita, ut in potestate domini non revertantur. qui si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius exsecuturum". divus etiam hadrianus umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

3. GAIUS libro primo institutionum. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreaverimus: quod ius proprium civium romanorum est.

2. *Ulpianas, VIII „Apie prokonsulų pareigas“.* Viename iš dieviškojo [Antonino] Pijaus reskriptų Elijui Marcianui, – Betikos prokonsului, aiškiai numatyta, kokios yra [provincijos] valdytojo pareigos, jeigu šeimininkas yra žiaurus savo vergams arba verčia juos atlikti nepadorius veiksmus bei negražiai elgtis. [Minėto] reskripto žodžiai yra šie: „Privalu, kad šeimininkų valdžia vergų atžvilgiu būtų neribota ir kad nieks nestokotų jam priklausančios teisės; tačiau šeimininkai turi pasirūpinti, kad nebūtų atsisakyta suteikti pagalbos tiems, kurie jos teisėtai prašo siekdami apsiginti nuo žiaurumo arba bado, arba nepakenčiamo užgaulaus elgesio. Taigi ištirk kaltinimus tų, kurie, būdami iš Juliano Sabino vergų tarpo, ieškojo prieglobsčio prie [imperatoriaus] statulos, ir jeigu nustatysi, kad su pastaraisiais buvo pasielgta griežčiau negu pridera arba nedorai ir užgauliai, įsakyk juos parduoti tokiu būdu, kad jie vėl nepatektų į buvusio šeimininko valdžią. Tas, kas kokiu nors būdu pažeidė mano konstituciją, tegu žino, jog aš dar griežčiau persekiosiu tai, kas jo buvo įvykdyta.“ Taip pat ir dieviškasis Adrianas ištrėmė penkeriems metams vieną Umbrijos matroną už tai, kad ši be rimtos priežasties itin žiauriai elgėsi su kai kuriomis savo vergėmis.

3. *Gajus, I Inst.* Analogiškai mūsų valdžioje yra ir iš teisėtos santuokos gimę mūsų vaikai: ši teisė – tai Romos piliečiams priklausanti teisė.

4. ULPIANUS libro primo institutionum. Nam civium romanorum quidam sunt patres familiarum, alii filii familiarum, quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. patres familiarum sunt, qui sunt suae potestatis sive puberes sive impuberes: simili modo matres familiarum; filii familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate. nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio meo et uxore eius nascitur, id est nepos meus et neptis, aeque in mea sunt potestate, et pronepos et proneptis et deinceps ceteri.

5. IDEM libro trigensimo sexto ad Sabinum. Nepotes ex filio mortuo avo reccidere solent in filii potestatem, hoc est patris sui: simili modo et pronepotes et deinceps vel in filii potestate, si vivit et in familia mansit, vel in eius parentis, qui ante eos in potestate est. et hoc non tantum in naturalibus, verum in adoptivis quoque iuris est.

4. *Ulpianas, I Inst.* Kai kurie Romos piliečiai yra šeimos tėvai [*patres familiarum*], kiti – vaikai, priklausantys *pater familias* (šeimos galvos) valdžiai, kai kurios yra šeimos motinos [*matres familiarum*], kitos – dukterys, esančios [*pater familias*] valdžioje. Šeimos tėvais vadinami tie, kurie yra nepriklausomi nuo kieno nors valdžios [šeimoje], tiek pilnamečiai, tiek nepilnamečiai; tas pats pasakytina ir apie šeimos motinas; tuo tarpu šeimos dukterys ir sūnūs yra pavaldūs svetimai valdžiai. Taigi tas, kuris gimsta iš manęs ir mano žmonos, yra mano valdžioje; analogiškai tie, kuriems pradžią duoda mano sūnus ir jo žmona, t. y. mano vaikaičiai, vaikaitės, taip pat yra man pavaldūs, kaip ir mano provaikaičiai, provaikaitės ir visi kiti palikuonys.

5. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXXVI Sab.* Vaikaičiai iš sūnaus pusės, seneliui mirus, patenka sūnaus valdžion, t. y. nuosavo tėvo priklausomybėn. Taip pat ir provaikaičiai bei jų palikuonys ir t. t. patenka arba minėto sūnaus globon, jeigu pastarasis dar yra gyvas ir tebepriklauso tai pačiai šeimai, arba priklausomybėn to giminaičio, kuris anksčiau už juos pateko į [kito] valdžią. Ši teisė galioja *ne tik savų*, bet ir įsūnytų vaikų atžvilgiu.

6. IDEM libro nono ad Sabinum. Filium eum definimus, qui ex viro et uxore eius nascitur. sed si fingamus afuisse maritum verbi gratia per decennium, reversum anniculum invenisse in domo sua, placet nobis iuliani sententia hunc non esse mariti filium. non tamen ferendum iulianus ait eum, qui cum uxore sua adsidue moratus nolit filium adcognoscere quasi non suum. sed mihi videtur, quod et scaevola probat, si constet maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse infirmitate interveniente vel alia causa, vel si ea valetudine paterfamilias fuit ut generare non possit, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.

7. IDEM libro vicensimo sexto ad Sabinum. Si qua poena pater fuerit affectus, ut vel civitatem amittat vel servus poenae efficiatur, sine dubio nepos filii loco succedit.

6. *Tas pats* [*Ulpianas*], *IX Sab.* Vadiname sūnumi tą, kuris gimsta iš vyro ir jo žmonos. Tačiau jeigu darome prielaidą, kad sutuoktinis buvo išvykęs, tarkim, dešimčiai metų, o paskui, grįžęs, rado namuose vienerių metų vaiką, [tokiu atveju] pritariame Juliano nuomonei, kad [šis] vaikas nėra sutuoktinio sūnus. Kita vertus, Juliano tvirtinimu, turi būti netoleruojama, kad tas, kuris nenutrūkstamai gyveno su savo žmona, nenori pripažinti vaiko, lyg pastarasis nebūtų jo sūnus. Tačiau man atrodo, analogiškai Scevolos tvirtinimui, kad jeigu yra žinoma, jog sutuoktiniai tam tikrą laikotarpį nesidalijo vedybiniu guoliu dėl negalavimo ar kitos priežasties, arba jeigu šeimos galvos sveikatos būklė neleido jam užsiimti giminės pratęsimo veikla, [tokiu atveju] gimęs jo namuose vaikas, nors ir prieštaraujant kaimynų nuomonei, nėra pastarojo sūnus.

7. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXVI Sab.* Paskyrus tėvui bausmę, dėl kurios prarandama pilietybė arba tampama vergu, [mirus seneliui] be abejonės, anūkui atitenka sūnaus vieta šeimoje.

8. IDEM libro vicensimo sexto ad Sabinum. Patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt: idem et in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate. nam cum ius potestatis moribus sit receptum nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi quibus casibus solent, nequaquam dubitandum est remanere eos in potestate. quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit, verum et si qui ante furorem concepti in furore editi sunt. sed et si in furore agente eo uxor concipiat, videndum an in potestate eius nascatur filius: nam furiosus licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest: quod cum ita se habeat, in potestate filium habebit. proinde et si furiosa sit uxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur: sed et in furore eius conceptus ab eo qui non furebat sine dubio in potestate nascetur, quia retinetur matrimonium. sed et si ambo in furore agant et uxor et maritus et tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur, quasi voluntatis reliquiis in furiosis manentibus: nam cum consistat matrimonium altero furente, consistet et utroque.

8. *Tas pats [Ulpianas], XXVI Sab.* Net ir tada, kai tėvas – beprotis, vaikai yra jo valdžioje. Ta pati taisyklė galioja ir visiems kitiems giminaičiams, turintiems palikuonių savo valdžioje. Kadangi [tėvo] valdžios teisė kyla iš papročių, turint omeny, kad neįmanoma prarasti teisės į nuosavus palikuonis, išskyrus tuos atvejus, kai vaikai išsilaisvina įprastu būdu, negalima abejoti, jog palikuonys išlieka [šeimos galvos] valdžioje. Dėl šios priežasties tėvas turi savo valdžioje ne tik tuos vaikus, kurie gimė prieš jam tampant bepročiu, bet ir tuos, kurie, nors ir pradėti prieš [pastarojo] beprotybę, gimė jam jau esant bepročiu. Tačiau jeigu žmona pastojo nuo sutuoktinio, kuris yra beprotis, kyla klausimas, ar gimęs vaikas bus pastarojo valdžioje: juk beprotis, nors ir negali vesti, vis dėlto yra pajėgus išsaugoti santuoką, taigi susiklosčius tokioms aplinkybėms vaikas bus jo valdžioje. Analogiškai, jeigu žmona yra beprotė, tai vaikas, kuris buvo pradėtas prieš jai tampant tokia, gims būdamas [šeimos galvos] valdžioje: tačiau ir tas, kuris buvo pradėtas žmonai jau tapus beprote, bet vyrui esant normalios psichikos, be jokios abejonės, gims būdamas [vyro] valdžioje, kadangi santuoka yra išsaugoma. Net ir tuo atveju, kai abu, t. y. ir vyras, ir žmona, yra bepročiai, žmonai pastojus, vaikas gimsta tėvo valdžioje, taip lyg bepročiai būtų išsaugoję valios nuotrupas. Taigi, turint omeny, kad santuoka neišyra, kai vienas iš sutuoktinių yra beprotis, analogiškai ji yra išsaugoma ir tuo atveju, kai abu sutuoktiniai yra bepročiai.

1. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut et adquiratur illi commodum eius, quod filius adquisivit.

9. POMPONIUS libro sexto decimo ad Quintum Mucium. Filius familias in publicis causis loco patris familias habetur, veluti ut magistratum gerat, ut tutor detur.

10. ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Si iudex nutriri vel ali oportere pronuntiaverit, dicendum est de veritate quaerendum, filius sit an non: neque enim alimentorum causa veritati facit praeiudicium.

11. MODESTINUS libro primo pandectarum. Inviti filii naturales vel emancipati non rediguntur in patriam potestatem.

§ 1. Be to, beprotis tėvas išsaugo savo valžios teisę tokios apimties, kad pelnys naudos iš viso to, ką įgis jo sūnus.

9. *Pomponijus, XVI Kvintui Mucijui.* Šeimos sūnus viešuosiuose reikaluose yra traktuojamas lyg būtų šeimos galva, pavyzdžiui, kai eina magistrato pareigas arba kai yra paskiriamas globėju.

10. *Ulpianas, IV Juliano ir Papijaus Įst. koment.* Jeigu teisėjas nusprendė, kad kažkas turi maitinti ir išlaikyti vaiką, pabrėžtina, kad privalu ištirti, ar tikrai [vaikas] yra pastarojo sūnus; siektina, kad alimentų byla nesukeltų tiesai jokios žalos.

11. *Modestinas, I Pand.* Natūralūs *(filii naturales)* arba emancipuoti vaikai negali būti grąžinti tėvo valdžion prieš jų pačių valią.



VII Dig.

De adoptionibus et emancipationibus et aliis modis quibus potestas solvitur



VII skyrius

Apie įsūnijimą, emancipaciją ir kitus išlaisvinimo iš [svetimos] valdžios būdus

1. MODESTINUS libro secundo regularum. Filios familias non solum natura, verum et adoptiones faciunt.

1. Quod adoptionis nomen est quidem generale, in duas autem species dividitur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. adoptantur filii familias, adrogantur qui sui iuris sunt.

2. GAIUS libro primo institutionum. Generalis enim adoptio duobus modis fit, aut principis auctoritate aut magistratus imperio. principis auctoritate adoptamus eos qui sui iuris sunt: quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit iustum sibi filium esse, et is qui adoptatur rogatur, an id fieri patiatur. imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentis sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est filius filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis.

1. Illud utriusque adoptionis commune est, quod et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt.

1. *Modestinas, II Tais.* Ne tik gamtos, bet ir įsūnijimo pagrindu tampama šeimos sūnumis, esančiais [*pater familias*] valdžioje.

§ 1. Bendrinis „įsūnijimo" terminas turi dvi formas, viena iš jų yra *adoptio*, kita – *adrogatio*: vaikai, pavaldūs *pater familias* (šeimos galvai), įsūnijami *adoptio* būdu; tie, kurie yra juridiškai nepriklausomi [*personae sui iuris*] – *adrogatio* būdu.

2. *Gajus, I Inst.* Įsūnijimas bendrąja prasme atliekamas dvejopai: arba imperatoriaus, arba magistrato valia. Imperatoriaus valia įsūnijami tie, kurie yra teisiškai nepriklausomi; šis įsūnijimo būdas vadinamas *adrogatio*, nes tas, kuris įsūnija, yra klausiamas, t. y. *rogatus*, ar pageidauja, kad vaikas, kurį ruošiasi įsūnyti, taptų teisėtu jo sūnumi; o tas, kuris yra įsūnijamas, savo ruožtu klausinėjamas, ar sutinka, kad tai įvyktų. Magistrato valia įsūnijami tie, kurie yra savo gimdytojo valdžioje, t. y. tiek pirmo laipsnio palikuonys (sūnus ir duktė), tiek ir kiti, tolimesni: vaikaitis, vaikaitė, provaikaitis, provaikaitė.

§ 1. Abiem įsūnijimo formoms yra bendra tai, kad gali įsūnyti ir tie, kurie negali pratęsti giminės, pavyzdžiui, kastruotieji.

2. Hoc vero proprium est eius adoptionis, quae per principem fit, quod is qui liberos in potestate habet si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed et liberi eius in eiusdem fiunt potestate tamquam nepotes.

3. PAULUS libro quarto ad Sabinum. Si consul vel praeses filius familias sit, posse eum apud semet ipsum vel emancipari vel in adoptionem dari constat.

4. MODESTINUS libro secundo regularum. Magistratum, apud quem legis actio est, et emancipare filios suos et in adoptionem dare apud se posse neratii sententia est.

5. CELSUS libro vicensimo octavo digestorum. In adoptionibus eorum dumtaxat, qui suae potestatis sunt, voluntas exploratur: sin autem a patre dantur in adoptionem, in his utriusque arbitrium spectandum est vel consentiendo vel non contradicendo.

6. PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Cum nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filii exigitur, idque etiam iulianus scribit.

7. CELSUS libro trigensimo nono digestorum. Cum adoptio fit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, inter quos iura adgnationis consequuntur.

§ 2. Įsūnijimo, atliekamo imperatoriaus valia, ypatumai yra šie: tas, kas yra įsūnijamas šiuo būdu ir turi vaikų savo valdžioje, ne tik pats patenka įsūnytojo valdžion, bet ir jo vaikai tampa priklausomi nuo pastarojo, lyg būtų įsūnytojo vaikaičiai.

3. *Paulius, IV Sab.* Jeigu konsulas arba valdytojas yra sūnus, esantis [*pater familias*] valdžioje, neabejotina, kad jis pats gali emancipuotis arba atlikti savęs įsūnijimo [kam nors] procedūrą.

4. *Modestinas, II Tais.* Pasak Neracijaus, magistratas, kurio akivaizdoje yra atliekamas *legis actio*, gali savarankiškai emancipuoti savo vaikus arba perduoti juos įsūnytojui, pats atlikdamas įsūnijimo procedūrą.

5. *Celsas, XXVIII Dig.* Įsūnijant svarbu išsiaiškinti norą [būti įsūnytiems] tik tų, kurie yra savo pačių valdžioje; tačiau jeigu [sūnus] yra atiduodamas įsūnyti tėvo valia, privalu atsižvelgti į abiejų norus ir užtikrinti, kad tie [norai] sutampa arba vienas kitam neprieštarauja.

6. *Paulius, XXXV Ed.* Kai yra įsūnijamas vaikaitis, lyg būtų [įsūnijusiojo] sūnaus vaikas, reikalingas sūnaus sutikimas: juk tai pabrėžia ir Julianas.

7. *Celsas, XXXIX Dig.* Įsūnijant nereikalingas valios tai atlikti išreiškimas tiems, kurie yra susieti agnatinės giminystės ryšiais.

8. MODESTINUS libro secundo regularum. Quod ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione ante tenuerat, sub divo claudio recte mutatum est.

9. ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Etiam caecus adoptare vel adoptari potest.

10. PAULUS libro secundo ad Sabinum. Si quis nepotem quasi ex filio natum quem in potestate habet consentiente filio adoptaverit, non adgnascitur avo suus heres, quippe cum post mortem avi quasi in patris sui reccidit potestatem.

11. IDEM libro quarto ad Sabinum. Si quis qui filium haberet in nepotis locum adoptasset perinde atque si ex eo filio natus esset, et is filius auctor factus non esset: mortuo avo non esse nepotem in potestate filii.

12. ULPIANUS libro quarto decimo ad Sabinum. Qui liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honeste reverti non potest nisi adoptione.

13. PAPINIANUS libro trigensimo sexto quaestionum. In omni fere iure finita patris adoptivi potestate nullum ex pristino retinetur vestigium: denique et patria dignitas quaesita per adoptionem finita ea deponitur.

8. *Modestinas, II Tais.* Valdant Klaudijui, panaikinta anksčiau privaloma prievolė; įsūnijant *adrogatio* būdu, kuratoriaus (rūpintojo) įgaliojimas nebeteko reikšmės.

9. *Ulpianas, I Sab.* Taip pat ir aklasis gali įsūnyti ir būti įsūnytas.

10. *Paulius, II Sab.* Jeigu kas nors, turėdamas sūnaus sutikimą, įsivaikina ką nors vaikaičiu, lyg pastarasis būtų [minėtojo] sūnaus, esančio [įvaikintojo] valdžioje, vaikas, [tas] vaikaitis netampa senelio įpėdiniu, nes po senelio mirties patenka savo [tariamojo] tėvo valdžion.

11. *Tas pats [Paulius], IV Sab.* Jeigu tas, kuris, turėdamas sūnų, įvaikina kitą vaikaičiu, lyg pastarasis būtų sūnaus sūnus, neturėdamas [minėtojo] sūnaus sutikimo, jam [seneliui] mirus vaikaitis nepatenka [to] sūnaus valdžion.

12. *Ulpianas, XIV Sab.* Tas, kuris yra išlaisvintas iš šeimos galvos valdžios, negali vėl jon patekti kitaip, tik įvaikinimo būdu.

13. *Papinianas, XXXVI Klaus.* Pasibaigus įtėvio valdžiai, beveik visais juridiniais atvejais nelieka jokio buvusios įtėvio padėties pėdsako; netgi jo vardas, įgytas įvaikinimo pagrindu, pasibaigus pastarajam taip pat išnyksta.

14. POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Sed etiam nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus et natus per emancipationem iura omnia perdit.

15. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. Si pater familias adoptatus sit, omnia quae eius fuerunt et adquiri possunt tacito iure ad eum transeunt qui adoptavit: hoc amplius liberi eius qui in potestate sunt eum sequuntur: sed et hi, qui postliminio redeunt, vel qui in utero fuerunt cum adrogaretur, simili modo in potestatem adrogatoris rediguntur.

1. Qui duos filios et ex altero eorum nepotem habet, si vult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare, potest hoc efficere, si eum emancipaverit et sic adoptaverit quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, non quasi avus, et qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest et quasi ex altero filio.

2. In adrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus aut valetudo in causa sit aut alia iusta causa adrogandi, veluti si coniunctam sibi personam velit adoptare.

14. *Pomponijus, V Sab.* Taip pat emancipacija pašalina ir visas teises vaikaičio, pradėto ir gimusio sūnui, turinčiam įtėvį.

15. *Ulpianas, XXVI Sab.* Jeigu yra įvaikinamas šeimos galva, viskas, kas jam priklausė ir gali būti įgyta, nebylaus susitarimo pagrindu atitenka tam, kas jį įvaikina; be to, šeimos galvos pėdomis seka ir palikuonys, buvę pastarojo valdžioje, analogiškai adrogatoriaus valdžion patenka ir tie, kurie grįžta iš karo nelaisvės, arba tie, kurie tėvo įvaikinimo momentu dar buvo motinos įsčiose.

§ 1. Tas, kuris turi du sūnus ir nuo vieno [pirmojo] iš jų turi vaikaitį, norėdamas įvaikinti anūką, lyg pastarasis būtų kito [antrojo] sūnaus sūnus, gali tai padaryti emancipuodamas jį [vaikaitį] ir įvaikindamas, lyg pastarasis būtų to kito [antrojo] sūnaus palikuonis. Jis tai daro lyg būtų pašalinis žmogus, o ne senelis; kadangi įmanoma įvaikinti anūką, lyg pastarasis būtų bet kurio [iš dviejų vaikų] sūnus, tą patį galima padaryti ir tariant, kad vaikaitis yra kito [antrojo] sūnaus sūnus.

§ 2. Įsūnijant adrogacijos būdu yra aiškinamasi, ar adrogatorius nėra jaunesnis nei šešiasdešimties metų, nes [tokiu atveju] pastarasis turėtų siekti [pats] duoti gyvybę vaikams, išskyrus ligos ir kitus su sveikatos būkle susijusius atvejus, arba kai yra pateisinama priežastis, suteikianti pagrindą adrogacijai, pavyzdžiui, jei norima įsūnyti artimą žmogų (giminaitį).

3. Item non debet quis plures adrogare nisi ex iusta causa, sed nec libertum alienum, nec maiorem minor.

16. IAVOLENUS libro sexto ex Cassio. Adoptio enim in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere.

17. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. Nec ei permittitur adrogare, qui tutelam vel curam alicuius administravit, si minor viginti quinque annis sit qui adrogatur, ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. item inquirendum est, ne forte turpis causa adrogandi subsit.

1. Eorum dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda est his, qui vel naturali cognatione vel sanctissima affectione ducti adoptarent, ceterorum prohibenda, ne esset in potestate tutorum et finire tutelam et substitutionem a parente factam extinguere.

§ 3. Taip pat niekam nevalia [vienu kartu] įvaikinti daug asmenų, nebent jei tam yra teisėta priežastis; taip pat [negalima įsūnyti] ir svetimo *libertino*, o jaunesnis [negali įsūnyti] vyresnio už save amžiumi [asmens].

16. *Javolenas, VI Iš Kasijaus.* Įvaikinimas įmanomas tik tarp tų asmenų, kurie, remiantis gamtos dėsniais, gali būti giminaičiai[18].

17. *Ulpianas, XXVI Sab.* Neleistina įvaikinti ir tam, kuris turėjo įvaikinamojo globą arba buvo jo rūpintojas [kuratorius], jeigu įvaikinamasis yra jaunesnis nei dvidešimt penkerių metų, siekiant išvengti įvaikinimo turint tikslą nebūti atsakingam [už globą arba rūpybą]. Taip pat reikia išsiaiškinti, ar nėra siekiama įvaikinti turint nedorų tikslų.

§ 1. Turi būti leidžiama įvaikinti globotinius tik tiems, kurie tai daro kraujo ryšio arba tyros meilės pagrindu; visiems kitiems tai turi būti uždrausta, kad niekas neatsidurtų globėjų valdžioje šiems siekiant panaikinti globą ar substituciją, kurią nustatė [globotinio] tėvas.

[18] Įvaikintas gali būti tik tas asmuo, kuris pagal savo amžių galėtų būti natūralus įsūnytojo vaikas.

2. Et primum quidem excutiendum erit, quae facultates pupilli sint et quae eius, qui adoptare eum velit, ut aestimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intellegi: deinde cuius vitae sit is, qui velit pupillum redigere in familiam suam: tertio cuius idem aetatis sit, ut aestimetur, an melius sit de liberis procreandis cogitare eum quam ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam.

3. Praeterea videndum est, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit vel plures liberos, adoptare alium, ne aut illorum, quos iustis nuptiis procreaverit, deminuatur spes quam unusquisque liberorum obsequio paret sibi, aut qui adoptatus fuit minus percipiat quam dignum erit eum consequi.

4. Interdum et ditiorem permittetur adoptare pauperiori, si vitae eius sobrietas clara sit vel affectio honesta nec incognita.

5. Satisdatio autem in his casibus dari solet.

18. MARCELLUS libro vicensimo sexto digestorum. Non aliter enim voluntati eius, qui adrogare pupillum volet, si causam eius ob alia probabit, subscribendum erit, quam si caverit servo publico se restituturum ea, quae ex bonis eius consecutus fuerit, illis, ad quos res perventura esset, si adrogatus permansisset in suo statu.

§ 2. Visų pirma reikia išsiaiškinti, kokie yra globotinio ir to, kuris jį nori įvaikinti, ištekliai, kad juos [išteklius] įvertinus būtų įmanoma nustatyti, ar įvaikinimas gali būti naudingas globotiniui; be to, reikia ištirti, koks yra gyvenimo būdas to, kuris nori įtraukti globotinį į savo šeimą; taip pat koks yra pastarojo [įvaikintojo] amžius, ir ar nebūtų geriau, kad jis rengtųsi pratęsti giminę natūraliu būdu, o ne įtraukdamas savo valdžion ką nors iš svetimos šeimos.

§ 3. Be to, privalu nustatyti, ar tam, kuris turi vieną ar daugiau vaikų, gali būti leista įsūnyti dar vieną, siekiant užtikrinti teisėtus lūkesčius tų, kurie gimė iš teisėtos santuokos ir nori užsitarnauti palikimą rodydami pagarbą [tėvui], arba kad tas, kuris jau buvo įvaikintas, negautų mažiau, negu jam vertai priklausytų.

§ 4. Kartais ir vargšas gali įsūnyti turtuolį, jei pirmojo gyvenimo būdas yra akivaizdžiai santūrus ir nėra neaiškios jo dvasinės vertybės.

§ 5. Vis dėlto tokiais atvejais privalu duoti garantijas [užstatą].

18. *Marcelas, XXVI Dig.* Kai siekiama įsūnyti globotinį motyvuojant kita priežastimi [negu numatytos], įsūnijimas turėtų būti pasirašytas taip, tarytum jis valstybiniam (tautos) vergui teiktų garantijas, kad visa tai, ką jis įgis globotojo turto dėka, bus grąžinta tiems, kuriems tai būtų priklausę, jei įsūnytojo statusas nebūtų pasikeitęs.

19. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. His verbis satisdationis quae ab adrogatore praestari debet "ad quos ea res pertinet" et libertatibus prospectum esse, quae secundis tabulis datae sunt, et multo magis substituto servo, item legatariis, nemo dubitat.

1. Quae satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in adrogatorem datur.

20. MARCELLUS libro vicensimo sexto digestorum. Haec autem satisdatio locum habet, si impubes decessit. sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc et in pupilla observandum est.

21. GAIUS libro primo singulari regularum. Nam et feminae ex rescripto principis adrogari possunt.

22. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. Si adrogator decesserit impubere relicto filio adoptivo et mox impubes decedat, an heredes adrogatoris teneantur? et dicendum est heredes quoque restituturus et bona adrogati et praeterea quartam partem.

19. *Ulpianas, XXVI Sab.* Nėra abejonės, kad garantijos, kurią turi duoti *adrogatorius*, žodžiai: „Tiems, kuriems šis daiktas priklauso", yra susiję ir su išlaisvinimu iš vergijos, numatytu papildomame testamente, tuo labiau su vergu, paskirtu papildomu įpėdiniu (substitutu), ir legatoriais.

§ 1. Jeigu yra užmirštama duoti tokio pobūdžio garantiją, adrogatoriaus atžvilgiu galima pareikšti ieškinį.

20. *Marcelas, XXVI Dig.* Šio pobūdžio garantijos davimas įgyja reikšmę tada, kai įvaikintasis miršta būdamas nepilnametis. Ir, nors yra kalbama apie globotinį, tas pats galioja ir globotinės atžvilgiu.

21. *Gajus, Tais.* Remiantis atitinkamu imperatoriaus reskriptu, moterys taip pat gali būti adroguotos (įvaikintos *adrogatio* būdu).

22. *Ulpianas, XXVI Sab.* Jeigu įtėvis miršta ir palieka nepilnametį įvaikintąjį, o ir pastarasis netrukus miršta nesulaukęs pilnametystės, [kyla klausimas], kaip privalo elgtis to, kuris buvo įvaikinęs, paveldėtojai? Pabrėžtina, kad paveldėtojai turėtų grąžinti ne tik to, kuris buvo įvaikintas, turtą, bet ir ketvirtadalį adrogatoriaus palikimo.

1. Sed an impuberi adrogator substituere possit, quaeritur: et puto non admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam quam ex bonis eius consequitur, et hactenus ut ei usque ad pubertatem substituat. ceterum si fidei eius committat, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum, quia hoc non iudicio eius ad eum pervenit, sed principali providentia.

2. Haec omnia dicenda sunt, sive in locum filii sive in locum nepotis aliquis impuberem adrogaverit.

23. PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Qui in adoptionem datur, his quibus adgnascitur et cognatus fit, quibus vero non adgnascitur nec cognatus fit: *adoptio enim non ius sanguinis, sed* ius adgnationis adfert. et ideo si filium adoptavero, uxor mea illi matris loco non est, neque enim adgnascitur ei, propter quod nec cognata eius fit: item nec mater mea aviae loco illi est, quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non adgnascitur: sed filiae meae is quem adoptavi frater fit, quoniam in familia mea est *filia: nuptiis* tamen etiam eorum prohibitis.

§ 1. Taip pat keliamas klausimas, ar įvaikintojas gali numatyti įvaikintajam substitutą. Manyčiau, kad tai neturi būti leistina, išskyrus tą ketvirtadalį, kurį įvaikintasis gavo iš jo turto, ir tik tada, kai substitucija yra numatyta iki tol, kol įvaikintasis taps pilnamečiu. Be to, jeigu yra nustatytas fideikomisas, numatantis [ketvirtadalio turto] grąžinimą bet kokiu metu, toks fideikomisas neturi būti pripažintas, nes [ketvirtadalis adrogatoriaus turto] atitenka įvaikintajam ne adrogatoriaus sprendimu, o imperatoriaus malonės *(providentia)* pagrindu.

§ 2. Visa tai pasakytina apie tuos atvejus, kai nepilnametis yra įvaikinamas kaip sūnus arba vaikaitis.

23. *Paulius, XXXV Ed.* Tas, kuris buvo įvaikintas, [pagal įstatymą] tampa ne tik agnatu, bet ir kognatu; tuo tarpu [įvaikintasis] netampa kognatu tiems, kurių atžvilgiu [jis] netapo agnatu; įvaikinimas nesuteikia kognatinės, tik agnatinę teisę. Todėl jeigu aš įsivaikinsiu sūnų, mano žmona neįgis jo motinos padėties ir, be abejo, netaps jo agnatine giminaite, dėl šios priežasties ji nebus ir jo kognatė. Taip pat ir mano motina netaps jam močiute, nes jis neįgyja agnato statuso asmenų, esančių už mano šeimos ribų, atžvilgiu; tačiau tas, kurį aš įvaikinau, tampa mano dukters broliu, nes mano duktė yra mano šeimos dalis: juk jiems net uždrausta vienam su kitu tuoktis.

24. ULPIANUS libro primo disputationum. Neque absens neque dissentiens adrogari potest.

25. IDEM libro quinto opinionum. Post mortem filiae suae, quae ut mater familias quasi iure emancipata vixerat et testamento scriptis heredibus decessit, adversus factum suum, quasi non iure eam nec praesentibus testibus emancipasset, pater movere controversiam prohibetur.

1. Neque adoptare neque adrogare quis absens nec per alium eiusmodi sollemnitatem peragere potest.

26. IULIANUS libro septuagensimo digestorum. Quem filius meus emancipatus adoptaverit, is nepos meus non erit.

27. IDEM libro octagensimo quinto digestorum. Ex adoptivo natus adoptivi locum optinet in iure civili.

28. GAIUS libro primo institutionum. Liberum arbitrium est ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestate retinere: vel ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere: vel omnes sui iuris efficere. eadem et de pronepote dicta esse intellegemus.

24. *Ulpianas, I Disp.* Negalima įvaikinti adrogacijos būdu nei to, kurio nėra, nei to, kuris nesutinka.

25. *Tas pats* [*Ulpianas*], *V Nuom.* Mirus dukteriai, kuri, lyg būdama emancipuota remiantis teise, atliko šeimos motinos vaidmenį ir numatė įpėdinių [eilę] surašydama testamentą, jos tėvui yra draudžiama teismine tvarka ginčyti tai, ką jis pats nustatė, ir teigti, kad jis dukters neišlaisvino teisėtu būdu liudytojų akivaizdoje.

§ 1. Tas, kurio nėra, negali įvaikinti nei adopcijos, nei adrogacijos būdu, negali ir atlikti panašaus pobūdžio ritualinių veiksmų pasinaudodamas kito asmens pagalba.

26. *Julianas, LXX Dig.* Tas, kurį įsūnys mano emancipuotas sūnus, nebus man vaikaitis.

27. *Tas pats* [*Julianas*], *LXXXV Dig.* Remiantis civiline teise, to, kuris buvo įvaikintas, naujagimiui yra suteikiama įvaikinto [asmens] padėtis.

28. *Gajus, I Inst.* Tas, kas savo valdžioje turi sūnų ir nuo jo anūką, gali elgtis trejopai: išlaisvinti sūnų palikdamas savo valdžioje anūką; arba pasilikti valdžioje sūnų išlaisvindamas anūką; arba visus išlaisvinti padarant savosios teisės asmenimis. Suprantama, tai galioja ir vaikaičių atžvilgiu.

29. CALLISTRATUS libro secundo institutionum. Si pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo quam sermone manifestum facere possit velle se filium suum in adoptionem dare: perinde confirmatur adoptio, ac si iure facta esset.

30. PAULUS libro primo regularum. Et qui uxores non habent filios adoptare possunt.

31. MARCIANUS libro quinto regularum. Non potest filius, qui est in potestate patris, ullo modo compellere eum, ne sit in potestate, sive naturalis sive adoptivus.

32. PAPIANUS libro trigensimo primo quaestionum. Nonnumquam autem impubes qui adoptatus est audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, idque causa cognita per iudicem statuendum erit.

1. Imperator titus antoninus rescripsit privignum suum tutori adoptare permittendum.

33. MARCIANUS libro quinto regularum. Et si pubes factus non expedire sibi in potestatem eius redigi probaverit, aequum esse emancipari eum a patre adoptivo atque ita pristinum ius reciperare.

29. *Kalistratas, II Inst.* Jei biologinis tėvas negali kalbėti, tačiau kitu būdu nei kalba gali aiškiai parodyti norįs, kad sūnus būtų įvaikintas, įvaikinimas yra patvirtinamas, lyg jis būtų atliktas remiantis teise.

30. *Paulius, I Tais.* Įvaikinti gali ir tie, kurie neturi žmonos.

31. *Marcianas, V Tais.* Nei tikras, nei įvaikintas sūnus, esantis tėvo valdžioje, negali kokiu nors būdu priversti pastarąjį [emancipuoti], siekdamas išsilaisvinti iš jo [tėvo] valdžios.

32. *Papinianas, XXXI Klaus.* Tačiau kartais turi būti išklausyta ir nepilnamečio, kuris buvo įvaikintas, nuomonė, ar [pastarasis], tapęs pilnamečiu, pageidauja būti emancipuotas; tai, išsiaiškinęs priežastį, nusprendžia teisėjas.

§ 1. Imperatorius Titas Antoninas reskriptu nustatė, kad globėjui turi būti leidžiama įvaikinti savo posūnį.

33. *Marcianas, V Tais.* Jeigu [įvaikintasis adrogacijos būdu] tapęs pilnamečiu įrodys, kad jam nepalanku likti įtėvio valdžioje, tikslinga jį emancipuoti ir grąžinti anksčiau jam priklausiusią teisinę padėtį.

34. PAULUS libro undecimo quaestionum. Quaesitum est, si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, ut post triennium puta eundem mihi in adoptionem des, an actio ulla sit. et labeo putat nullam esse actionem: nec enim moribus nostris convenit filium temporalem habere.

35. IDEM libro primo responsorum. Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. unde senator etsi a plebeio adoptatus est, manet senator: similiter manet et senatoris filius.

36. IDEM libro octavo decimo responsorum. Emancipari filium a patre quocumque loco posse constat, ut exeat de patria potestate.

1. Apud proconsulem etiam in ea provincia, quam sortitus non est, et manumitti et in adoptionem dari posse placet.

4. IDEM libro primo de omnibus tribunalibus. Praetor neque tutorem neque specialem iudicem ipse se dare potest.

1. *Ulpianas, XXVI Sab.* Sūnaus, [kuris yra] pretorius, esantis tėvo valdžioje, akivaizdoje jo tėvas gali atlikti išlaisvinimo iš vergijos procedūrą.

2. *Paulius, IV Sab.* Nustatyta, kad pretorius gali pats save išlaisvinti iš tėvo valdžios arba atlikti savo įsūnijimo procedūrą.

3. *Ulpianas, XXXVIII Sab.* Barbarijus Filipas, būdamas vergas pabėgėlis, siekė pretoriaus pareigų Romoje ir buvo į jas išrinktas. Pomponijaus teigimu, vergo padėtis jam nebuvo kliūtis, t. y. nenulėmė, kad jis būtų traktuojamas lyg niekad nebuvęs pretoriumi, nors faktiškai ir atliko pretoriaus pareigas. Vis dėlto panagrinėkime [šią problemą]: jeigu būdamas vergu jis vykdė pretoriaus pareigas tol, kol neišaiškėjo tikroji jo padėtis, ką apie tai galėtume pasakyti? [Ar galėtume teigti], kad jo ediktai ir dekretai buvo niekiniai? Arba [sakyti], kad jie neprarado vertės vardan naudos tų, kurie sprendė savo reikalus jam dalyvaujant, remdamiesi įstatymu arba kokia kita teise? Aš manau, kad teisinga nenaikinti jo sprendimų. Iš tiesų tai būtų žmoniškiau: jeigu romėnų tauta nusprendė suteikti jam tokias pareigas, būtų suteikusi taip pat ir laisvę, jei būtų žinojusi, kad jis yra vergas. Tuo labiau šios teisės reikia paisyti, kai turimas omeny imperatorius (jo paskirti pareigūnai).

4. *Tas pats [Ulpianas], I „Apie visus teismus".* Pretorius negali pats sau paskirti nei globėjo, nei ypatingojo teisėjo.



XV Dig.

De officio praefecti vigilum



XV skyrius

Apie naktinės sargybos prefekto pareigas

1. PAULUS libro singulari de officio praefecti vigilum. Apud vetustiores incendiis arcendis triumviri praeerant, qui ab eo, quod excubias agebant nocturni dicti sunt: interveniebant nonnumquam et aediles et tribuni plebis. erant autem familia publica circa portam et muros disposita, unde si opus esset evocabatur: fuerant et privatae familiae, quae incendia vel mercede vel gratia extinguerent, deinde divus augustus maluit per se huic rei consuli.

1. *Paulius, „Apie naktinės sargybos prefekto pareigas“.* Senovėje gaisrų malšinimui vadovavo triumvirai, kurie buvo vadinami naktiniais, nes budėdavo naktimis: [šioje veikloje] kartais dalyvaudavo ir *edilai* bei *plebėjų tribūnai*. Budėdavo taip pat ir viešųjų vergų būrys, išdėstytas aplink [miesto] vartus ir sienas, iš kur, esant reikalui, buvo kviečiamas. Privatūs vergai taip pat gesindavo gaisrus už atlygį arba nemokamai. Vėliau, dieviškojo Augusto pageidavimu, šio pobūdžio reikalai buvo perduoti jo žinion.

2. ULPIANUS libro singulari de officio praefecti vigilum. Pluribus uno die incendiis exortis:

2. *Ulpianas, „Apie naktinės sargybos prefekto pareigas“.* Kadangi vieną ir tą pačią dieną įvyko keli gaisrai [...]

3. PAULUS libro singulari de officio de praefecti vigilum. Nam salutem rei publicae tueri nulli magis credidit convenire nec alium sufficere ei rei, quam caesarem. itaque septem cohortes oportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur, praepositis eis tribunis et super omnes spectabili viro qui praefectus vigilum appellatur.

3. *Paulius, „Apie naktinės sargybos prefekto pareigas“.* [Augusto] įsitikinimu, cezariui, ne kam kitam, labiausiai tinka rūpintis viešuoju saugumu, ir niekas kitas [nei pats imperatorius] negali geriau to daryti. Dėl to atitinkamose vietose buvo įkurtos septynios kohòrtos, kiekviena iš jų turėjo rūpintis dviem miesto kvartalais, joms vadovavo *tribūnai*, o šiems, savo ruožtu, didelės šlovės vyras, vadinamas *naktinės sargybos prefekto* vardu.

1. Cognoscit praefectus vigilum de incendiariis effractoribus furibus raptoribus receptatoribus, nisi si qua tam atrox tamque famosa persona sit, ut praefecto urbi remittatur. et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fustibus castigat eos qui neglegentius ignem habuerunt, aut severa interlocutione comminatus fustium castigationem remittit.

2. Effracturae fiunt plerumque in insulis in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cum vel cella effringitur vel armarium vel arca: et custodes plerumque puniuntur, et ita divus antoninus erucio claro rescripsit. ait enim posse eum horreis effractis quaestionem habere de servis custodibus, licet in illis ipsius imperatoris portio esset.

3. Sciendum est autem praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere et coerrare calciatum cum hamis et dolabris, ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne neglegentia aliqua incendii casus oriatur.

4. Praeterea ut aquam unusquisque inquilinus in cenaculo habeat, iubetur admonere.

§ 1. Naktinės sargybos prefektas atlieka padegėjų, įsilaužėlių, vagių, plėšikų, vogtų daiktų laikytojų bylų tyrimą, išskyrus tuos atvejus, kai nusikaltėlis yra toks baisus ir taip pagarsėjęs blogais darbais, kad reikia jį atiduoti miesto prefekto žinion. Kadangi gaisrai dažniausiai kyla dėl gyventojų kaltės, [naktinės sargybos prefektas] baudžia išplakimu tuos, kurie neatsargiai elgėsi su ugnimi, arba, griežtai juos sudraudęs, atšaukia išplakimo bausmę.

§ 2. Vagystės įsilaužus, kai išlaužiamas rūsys, spinta arba seifas, dažniausiai įvyksta nuošaliuose pastatuose ir grūdų saugyklose, t. y. ten, kur žmonės saugo brangiausią savo turtą. Tokiu atveju dažniausiai baudžiami sargai, ir dieviškasis Antoninas šitaip nustatė reskriptu, išsiųstu [naktinės sargybos prefektui] Erucijui Klarui. Kadangi buvo įsilaužta į saugyklas, [dieviškasis Antoninas] teigė, kad [Erucijus Klaras] gali tardyti vergus naudodamas kankinimą, nors tai daryti yra kompetentingas tik pats imperatorius.

§ 3. Be to, privalu žinoti, kad naktinės sargybos prefektas turi budėti visą naktį ir patruliuoti [tinkamai] apsiavęs, su kibirais ir kirviu.

§ 4. [Ir privalo] įspėti visus gyventojus, kad šie būtų rūpestingi ir neatsargiai elgdamiesi nesukeltų gaisro. Be to, jam įsakyta žiūrėti, kad kiekvienas gyventojas turėtų vandens viršutiniame aukšte.

5. Adversus capsarios quoque, qui mercede servanda in balineis vestimenta suscipiunt, iudex est constitutus, ut, si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.

4. ULPIANUS libro singulari de officio praefecti urbi. Imperatores severus et antoninus iunio rufino praefecto vigilum ita rescripserunt: "insularios et eos, qui neglegenter ignes apud se habuerint, potes fustibus vel flagellis caedi iubere: eos autem, qui dolo fecisse incendium convincentur, ad fabium cilonem praefectum urbi amicum nostrum remittes: fugitivos conquirere eosque dominis reddere debes."

§ 5. [Naktinės sargybos prefektas] taip pat yra teisėjas rūbininkų, kurie pirtyse už atitinkamą atlygį sutinka saugoti drabužius, ir gali pats atlikti tyrimą, jeigu pastarieji, saugodami minėtą turtą, sukelia kokią nors žalą.

4. *Ulpianas, „Apie miesto prefekto pareigas“.* Imperatoriai [Septimijus] Severas ir Antoninas [Karakala] štai ką nustatė reskriptu, išsiųstu naktinės sargybos prefektui Junijui Rufinui: „Gali įsakyti išplakti pastatų prižiūrėtojus ir tuos, kurie neatsargiai elgėsi su ugnimi savo namuose; tačiau perduosi Fabijui Cilonui, miesto prefektui ir mūsų draugui, tuos, kurie bus pripažinti kaltais sukėlę tyčinį gaisrą; privalai ieškoti pabėgusių vergų ir sugrąžinti juos jų šeimininkams.“



XVI Dig.

De officio proconsulis et legati



XVI skyrius

Apie prokonsı pareigas

1. ULPIANUS libro primo disputationum. Proconsul ubique quidem proconsularia insignia habet statim atque urbem egressus est: potestatem autem non exercet nisi in ea provincia sola, quae ei decreta est.

2. MARCIANUS libro primo institutionum. Omnes proconsules statim quam urbem egressi fuerint habent iurisdictionem, sed non contentiosam, sed voluntariam: ut ecce manumitti apud eos possunt tam liberi quam servi et adoptiones fieri.

1. Apud legatum vero proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet iurisdictionem talem.

3. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. Nec adoptare potest: omnino enim non est apud eum legis actio.

4. IDEM libro primo de officio proconsulis. Observare autem proconsulem oportet, ne in hospitiis praebendis oneret provinciam, ut imperator noster cum patre aufidio severiano rescripsit.

1. Nemo proconsulum stratores suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur.

1. *Ulpianas, I Disp.* Prokonsulas už miesto ribų išsaugo prokonsulinės valdžios atributus, tačiau savo valdžią gali įgyvendinti tik toje provincijoje, kuri jam buvo paskirta.

2. *Marcianas, I Inst.* Visi prokonsulai, išvykę už miesto ribų, tebeturi jurisdikciją, tačiau tik spręsdami neginčytino pobūdžio klausimus; pavyzdžiui, jiems dalyvaujant gali būti išlaisvinami vaikai ir vergai, taip pat atliekamas įsūnijimas.

§ 1. Niekas negali atlikti išlaisvinimo procedūros prokonsulo legato [padėjėjo] akivaizdoje, nes šis neturi tokios jurisdikcijos.

3. *Ulpianas, XXVI Sab.* Jis negali atlikti ir įsūnijimo procedūros, nes jo akivaizdoje negali būti atliktas legisakcinis ieškinys [legisakcinio ieškinio ritualas].

4. *Tas pats [Ulpianas], I „Apie prokonsulo pareigas“.* Be to, prokonsulas privalo [per daug] neapkrauti provincijos [kareivių] apgyvendinimo našta: mūsų imperatorius [Antoninas Karakala] kartu su savo tėvu [Septimijum Severu] taip nustatė reskriptu, išsiųstu Aufidijui Severianui.

§ 1. Joks prokonsulas negali turėti asmeninės sargybos, tačiau provincijoje sargybos pareigas atlieka kareiviai.

2. Proficisci autem proconsulem melius quidem est sine uxore: sed et cum uxore potest, dummodo sciat senatum cotta et messala consulibus censuisse futurum, ut si quid uxores eorum qui ad officia proficiscuntur deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur.

3. Antequam vero fines provinciae decretae sibi proconsul ingressus sit, edictum debet de adventu suo mittere continens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit cum provincialibus vel coniunctio, et maxime excusantis, ne publice vel privatim occurrant ei: esse enim congruens, ut unusquisque in sua patria eum exciperet.

4. Recte autem et ordine faciet, si edictum decessori suo miserit significetque, qua die fines sit ingressurus: plerumque enim incerta haec et inopinata turbant provinciales et actus impediunt.

§ 2. Geriau, jeigu prokonsulas vyksta į provinciją be žmonos; gali atvykti ir su žmona, bet turi žinoti, kad Kotos ir Mesalos konsulato metu Senatas nusprendė, jog [tais atvejais], kai žmonos tų, kurie atvyko eiti pareigas, įvykdo kokį nors nusikaltimą, atsakomybėn traukiami ir baudžiami jų vyrai (sutuoktiniai).

§ 3. Prieš įžengdamas į jam paskirtos provincijos teritoriją, prokonsulas privalo išleisti ediktą apie savo atvykimą, kuriame būtų nurodoma kokia nors jį rekomenduojanti aplinkybė, [pavyzdžiui] kad jis turi giminių arba yra užmezgęs draugiškus santykius su provincijos gyventojais. Labai svarbu, kad tame pačiame edikte būtų primygtinai prašoma [provincijos gyventojų] nevykti jo pasitikti nei oficialiai, nei asmeniškai, nes pridera kiekvienam jį pasitikti savo tėvynėje.

§ 4. Jis pasielgs teisingai ir tinkamai, jeigu išsiųs ediktą savo pirmtakui ir praneš jam dieną, kurią ketina atvykti; juk [kai] tokie dalykai yra neaiškūs ir netikėti, provincijoje sukeliama sumaištis ir sutrikdoma normali gyventojų darbų eiga.

5. Ingressum etiam hoc eum observare oportet, ut per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est, et quas graeci epidymias appellant sive kataploun observare, in quam primum civitatem veniat vel applicet: magni enim facient provinciales servari sibi consuetudinem istam et huiusmodi praerogativas. quaedam provinciae etiam hoc habent, ut per mare in eam provinciam proconsul veniat, ut asia, scilicet usque adeo, ut imperator noster antoninus augustus ad desideria asianorum rescripsit proconsuli necessitatem impositam per mare asiam applicare kai twn mytropolewn efeson primam attingere.

§ 5. Privalu prokonsului atkreipti dėmesį į atvykimo ypatumus, įžengti į provinciją iš tos pusės, iš kurios to reikalauja papročiai, ir miestan pirmiausia įžengti ar įplaukti paisant vietų, kurias graikai vadina *įėjimo* arba *priplaukimo* vietomis: juk provincijų gyventojai mano esant labai svarbu, kad būtų gerbiami vietos papročiai ir tokio pobūdžio prerogatyvos. Kai kurioms provincijoms, pavyzdžiui, Azijai, būdingas [reikalavimas], kad prokonsulas į provinciją atvyktų jūra; todėl net mūsų imperatorius Antoninas [Karakala] Augustas, atsiliepdamas į azijiečių prašymus, reskriptu nustatė, kad prokonsulas privalo atvykti į Aziją jūra ir iš visų metropolių pirmiausia turi aplankyti Efeso miestą.

6. Post haec ingressus provinciam mandare iurisdictionem legato suo debet nec hoc ante facere, quam fuerit provinciam ingressus; est enim perquam absurdum, antequam ipse iurisdictionem nanciscatur (nec enim prius ei competit, quam in eam provinciam venerit) alii eam mandare, quam non habet. sed si et ante fecerit et ingressus provinciam in eadem voluntate fuerit, credendum est videri legatum habere iurisdictionem, non exinde ex quo mandata est, sed ex quo provinciam proconsul ingressus est.

§ 6. Tik įžengęs į provinciją turi suteikti jurisdikciją savo legatui, ir neturi to daryti tol, kol dar pats nėra atvykęs į jam priklausančią provinciją; iš tiesų juk būtų absurdas, kad pats dar negavęs jurisdikcijos (kuri jam nepriklauso, kol jis nėra atvykęs į provinciją) skirtų kitam tai, ko pats dar neturi. Bet net jei prokonsulas tai padarytų iš anksto ir, atvykęs į provinciją, nepakeistų savo sprendimo, reikia manyti, kad legatas turi jurisdikciją ne nuo jos suteikimo momento, bet nuo tada, kai prokonsulas įžengia į provinciją.

5. PAPINIANUS libro primo quaestionum. Aliquando mandare iurisdictionem proconsul potest, etsi nondum in provinciam pervenerit. quid enim si necessariam moram in itinere patiatur, maturissime autem legatus in provinciam perventurus sit?

6. ULPIANUS libro primo de officio proconsulis. Solent etiam custodiarum cognitionem mandare legatis, scilicet ut praeauditas custodias ad se remittant, ut innocentem ipse liberet. sed hoc genus mandati extraordinarium est: nec enim potest quis gladii potestatem sibi datam vel cuius alterius coercitionis ad alium transferre, nec liberandi igitur reos ius, cum accusari apud eum non possint.

1. Sicut autem mandare iurisdictionem vel non mandare est in arbitrio proconsulis, ita adimere mandatam iurisdictionem licet quidem proconsuli, non autem debet inconsulto principe hoc facere.

2. Legatos non oportet principem consulere, sed proconsulem suum, et is ad consultationes legatorum debebit respondere.

5. *Papinianas, I Klaus.* Kartais prokonsulas gali deleguoti jurisdikciją ir dar neatvykęs į jam priklausančią provinciją. O ką gi daryti, jeigu jis dėl neišvengiamų aplinkybių užtruko kelionėje, o legatas daug anksčiau atvyko į provinciją?

6. *Ulpianas, I „Apie prokonsulo pareigas“.* Prokonsulai taip pat gali įgalioti legatus tirti sulaikytųjų [bylas], apklausti tuos sulaikytuosius ir perduoti juos prokonsulams, kurie jau spendžia, ar išlaisvinti nekaltuosius. Tačiau toks įgaliojimas yra ypatingas: juk niekas negali perduoti kitiems savo teisės bausti mirties bausme ar taikyti kitas prievartos priemones; taigi analogiškai negalima perduoti teisės išlaisvinti kaltinamuosius tam, kuris pastariesiems negali pateikti kaltinimų.

§ 1. Nuo prokonsulo valios priklauso – skirti ar neskirti jurisdikciją, taip pat jam leistina atšaukti mandatu suteiktą jurisdikciją; tačiau jis negali tokių veiksmų daryti nepasitaręs su imperatorium.

§ 2. Legatai negali kreiptis patarimo į imperatorių, tačiau [turi kreiptis] į savo prokonsulą, kuris privalo atsakyti į legatų užklausimus.

3. Non vero in totum xeniis abstinere debebit proconsul, sed modum adicere, ut neque morose in totum abstineat neque avare modum xeniorum excedat. quam rem divus severus et imperator antoninus elegantissime epistula sunt moderati, cuius epistulae verba haec sunt: " quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus: vetus proverbium est: oute panta oute pantote oute para pantwn . nam valde inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est et omnia avarissimum. " et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipse proconsul vel qui in alio officio erit accipiat ematve quid nisi victus cottidiani causa, ad xeniola non pertinet, sed ad ea quae edulium excedant usum. sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem.

7. IDEM libro secundo de officio proconsulis. Si in aliam quam celebrem civitatem vel provinciae caput advenerit, pati debet commendari sibi civitatem laudesque suas non gravate audire, cum honori suo provinciales id vindicent: et ferias secundum mores et consuetudinem quae retro optinuit dare.

§ 3. Prokonsulas neprivalo visiškai atsisakyti svetingumo dovanų, tačiau turi būti saikingas : jam netiktų nei su panieka visko atsisakyti, nei godžiai viską priimti. Šis klausimas buvo labai elegantiškai sureguliuotas dieviškojo [Septimijaus] Severo ir imperatoriaus Antonino [Karakalos] epistola, kurios žodžiai yra šie: „Kalbant apie svetingumo dovanas, klausyk, ką mes apie tai galvojame: pasak vienos labai senos [graikų] patarlės: „Ne viskas, ne visada, ne iš visų." Iš tiesų, juk labai nežmogiška nepriimti nė iš vieno, labai menka priimti be jokios atrankos, ir labai godu priimti viską." Tai, kas numatyta [imperatoriaus suteiktame] mandate, [t. y.] kad prokonsulas ar tas, kuris eina kitas pareigas, neturi priimti jokių dovanų nei ką nors pirkti, išskyrus tai, kas yra būtina kasdieniniam gyvenimui, neturi nieko bendra su smulkiomis svetingumo dovanomis, bet yra susiję su draudimu įgyti tai, kas viršija kasdienio gyvenimo normą. Žinoma, smulkios svetingumo dovanos neturi virsti privalomomis aukomis.

7. *Tas pats* [*Ulpianas*], *II „Apie prokonsulo pareigas"*. Jeigu prokonsulas atvyksta į kokį nors garsų miestą arba į provincijos centrą, jis turi leisti provincijos gyventojams miestą pavesti jo globon ir privalo kantriai išklausyti šlovinimų, nes to reikalauja miesto garbė; be to, remdamasis papročiais ir sena tradicija, privalo nustatyti miesto švenčių dienas.

1. Aedes sacras et opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tectaque sint vel an aliqua refectione indigeant, et si qua coepta sunt ut consummentur, prout vires eius rei publicae permittunt, curare debet curatoresque operum diligentes sollemniter praeponere, ministeria quoque militaria, si opus fuerit, ad curatores adiuvandos dare.

2. Cum plenissimam autem iurisdictionem proconsul habeat, omnium partes, qui romae vel quasi magistratus vel extra ordinem ius dicunt, ad ipsum pertinent:

8. IDEM libro trigensimo nono ad edictum. Et ideo maius imperium in ea provincia habet omnibus post principem.

9. IDEM libro primo de officio proconsulis. Nec quicquam est in provincia, quod non per ipsum expediatur. sane si fiscalis pecuniaria causa sit, quae ad procuratorem principis respicit, melius fecerit, si abstineat.

1. Ubi decretum necessarium est, per libellum id expedire proconsul non poterit: omnia enim, quaecumque causae cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri.

§ 1. Prokonsulas privalo apžiūrėti šventyklas bei viešuosius pastatus ir nustatyti, ar jų būklė yra gera ir stogai tinkamos būklės, o gal būtina atlikti remontą; [be to, privalo] rūpintis, kad pradėti darbai būtų užbaigti, atsižvelgdamas į miesto gyventojų pajėgumą, ir iškilmingai pasiūlyti kruopščius darbų prižiūrėtojus, o prireikus pasiųsti darbams pabaigti kareivių.

§ 2. Be to, kadangi prokonsulas turi plačią jurisdikciją, jis yra kompetentingas spręsti tuos klausimus, kuriuos sprendžia magistratai arba asmenys, išimties tvarka vykdantys teisingumą Romoje.

8. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXXIX Ed.* Todėl prokonsulas savo provincijoje, neskaitant imperatoriaus, turi didžiausią iš visų valdžią.

9. *Tas pats* [*Ulpianas*], *I „Apie prokonsulo pareigas“.* Ir nėra tokio klausimo provincijoje, kurio negalėtų išspręsti pats prokonsulas. Žinoma, prokonsulas pasielgtų teisingiau nesikišdamas į reikalus piniginės bylos, esančios iždo *(fiscus)* žinioje ir priklausančios imperatoriaus prokuratoriaus kompetencijai.

§ 1. Ten, kur yra reikalingas teismo sprendimas, prokonsulas negali išspręsti klausimo remdamasis vien tik raštišku [ieškovo] prašymu, nes visi dalykai, kurie reikalauja [teisminio] tyrimo, negali būti išspręsti vadovaujantis paprasčiausiu prašymu.

2. Circa advocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur, nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores vel redemptores deprehendat, eosque solos pati postulare, quibus per edictum eius postulare permittitur.

§ 2. Turint omeny advokatus, prokonsului privalu būti kantriam, tačiau jis turi remtis sveiku protu, kad būtų vertas pagarbos, ir neapsimesti lyg niekur nieko, jeigu sužino apie ginčų kurstytojus arba bylų glemžėjus; ir leisti pateikti prašymus tik tiems, kuriems, remiantis jo ediktu, yra leistina tai daryti.

3. De plano autem proconsul potest expedire haec: ut obsequium parentibus et patronis liberisque patronum exhiberi iubeat: comminari etiam et terrere filium a patre oblatum, qui non ut oportet conversari dicatur, poterit de plano: similiter et libertum non obsequentem emendare aut verbis aut fustium castigatione.

§ 3. Be specialaus proceso prokonsulas gali atlikti šiuos veiksmus: įsakyti, kad būtų gerbiami tėvai, šeimininkai ir šeimininkų vaikai; taip pat grasinti ir įbaiminti tėvo atvestą jo [prokonsulo] akivaizdon sūnų, kuris yra kaltinamas nepadoriu elgesiu; panašiai prokonsulas gali drausminti žodžiu arba išplakimu nepagarbų libertiną.

4. Observare itaque eum oportet, ut sit ordo aliquis postulationum, scilicet ut omnium desideria audiantur, ne forte dum honori postulantium datur vel improbitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant, qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes neque in aliqua dignitate positos advocatos sibi prospexerunt.

§ 4. Privalu nagrinėjant prašymus laikytis tam tikros tvarkos, idant būtų išklausyti visų reikalavimai ir neatsitiktų taip, kad siekiant pagerbti besikreipiančius arba nusileidžiant jų įžūliam elgesiui prašymų negalėtų pareikšti paprasti [žmonės], kurie nepasinaudojo [advokatų] pagalba arba kreipėsi į mažiau patyrusius ir neturinčius aukštesnio posto gynėjus.

5. Advocatos quoque petentibus debebit indulgere plerumque: feminis vel pupillis vel alias debilibus vel his, qui suae mentis non sunt, si quis eis petat: vel si nemo sit qui petat, ultro eis dare debebit. sed si qui per potentiam adversarii non invenire se advocatum dicat, aeque oportebit ei advocatum dare. ceterum oprimi aliquem per adversarii sui potentiam non oportet: hoc enim etiam ad invidiam eius qui provinciae praeest spectat, si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem suscipere.

6. Quae etiam omnium praesidum communia sunt et debent et ab his observari.

10. IDEM libro decimo de officio proconsulis. Meminisse oportebit usque ad adventum successoris omnia debere proconsulem agere, cum sit unus proconsulatus et utilitas provinciae exigat esse aliquem, per quem negotia sua provinciales explicent: ergo in adventum successoris debebit ius dicere.

1. Legatum suum ne ante se de provincia dimittat, et lege iulia repetundarum et rescripto divi hadriani ad calpurnium rufum proconsulem achaiae admonetur.

§ 5. Prokonsulas taip pat privalo skirti advokatus tiems, kurie jų prašo, tuo labiau moterims, našlaičiams ir kitiems neveiksniems arba silpnapročiams, jeigu kas nors pateikia už juos prašymą, o jei niekas tokio prašymo nepateikia, [prokonsulas] pats turi skirti [advokatą]. Jeigu kas nors teigia negalįs susirasti advokato dėl to, kad priešingoji šalis yra labai stipri, privalu skirti jam gynėją. Ir apskritai nėra teisinga, jei kas nors yra gniuždomas bylos priešininko galios: juk jeigu šalis elgiasi taip įžūliai, kad niekas nenori būti [kitos šalies] gynėju, tai gali pakenkti ir provincijos valdytojo reputacijai.

§ 6. Prokonsulai taip pat turi laikytis nurodymų, kurie yra bendri visiems provincijų valdytojams.

10. *Tas pats [Ulpianas], X „Apie prokonsulo pareigas“.* Privalu prokonsului eiti savo pareigas iki jo įpėdinio atvykimo; juk yra tik vienas prokonsulo postas ir provincijos naudai visada turi būti asmuo, kuris spręstų gyventojų reikalus; taigi iki įpėdinio atvykimo [prokonsulas] privalo įgyvendinti teisingumą.

§ 1. Remdamasis Juliano įstatymu dėl kyšininkavimo ir dieviškojo Hadriano reskriptu Achajos prokonsului Kalpurnijui Rufui, [prokonsulas] privalo neleisti savo legatui išvykti iš provincijos anksčiau, negu išvyksta jis pats.

11. VENULEIUS SATURNINUS libro secundo de officio proconsulis. Si quid erit quod maiorem animadversionem exigat, reicere legatus apud proconsulem debet: neque enim animadvertendi coercendi vel atrociter verberandi ius habet.

12. PAULUS libro secundo ad edictum. Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis.

13. POMPONIUS libro decimo ad Quintum Mucium. Legati proconsulis nihil proprium habent, nisi a proconsule eis mandata fuerit iurisdictio.

14. ULPIANUS libro vicensimo ad legem Iuliam et Papiam. Proconsules non amplius quam sex fascibus utuntur.

15. LICINNIUS RUFINUS libro tertio regularum. Et legati proconsulum tutores dare possunt.

16. ULPIANUS libro secundo ad edictum. Proconsul portam romae ingressus deponit imperium.

11. *Venonius Saturninas, II „Apie prokonsulo pareigas“.* Jeigu kada reikia paskirti griežtesnę bausmę, legatas privalo perduoti [kaltinamąjį] prokonsului; juk legatas neturi teisės bausti, taikyti prievartos priemonių arba kankinti.

12. *Paulius, II Ed.* Legatui suteikta jurisdikcija paskirti teisėją.

13. *Pomponijus, X Kvintui Mucijui.* Prokonsulo legatai neturi jokios asmeninės kompetencijos, išskyrus tuos atvejus, kai jurisdikciją jiems skiria prokonsulas.

14. *Ulpianas, XX Juliano ir Papijaus Įst. koment.* Prokonsulai turi ne daugiau kaip šešias fascijas[23].

15. *Licinijus Rufinas, III Tais.* Taip pat ir prokonsulų legatai gali skirti globėjus.

16. *Ulpianas, II Ed.* Prokonsulas, įžengęs pro Romos vartus, išsižada valdžios.

---

[23] Fascijos – juosta surišti virbų ryšuliai, aukštųjų Romos pareigūnų valdžios simbolis. Konsulą lydėdavo dvylika fascijų nešantys palydovai (liktoriai), prokonsulą – šešias. Pareigūnui keliaujant už Romos miesto sienų, į fasciją buvo įkišamas kirvis.



XVII Dig.

De officio praefecti augustalis



XVII skyrius

Apie imperatoriaus Augusto prefekto pareigas*

* lot. *praefectus Augustalis* – Augusto prefektas (Egipto prefekto titulas).

1. ULPIANUS libro quinto decimo ad edictum. Praefectus Aegypti non prius deponit praefecturam et imperium, quod ad similitudinem proconsulis lege sub augusto ei datum est, quam alexandriam ingressus sit successor eius, licet in provinciam venerit: et ita mandatis eius continetur.

1. *Ulpianas, XV Ed.* Egipto prefektas išsižada prefektūros ir valdžios, kuri, valdant Augustui, atitinkamo įstatymo pagrindu buvo prilyginta prokonsulo valdžiai, tik tada, kai jo įpėdinis atvyksta į Aleksandriją, nors pastarasis jau yra įžengęs į provincijos teritoriją; tai yra numatyta jo mandate.



XVIII Dig.

De officio praesidis



XVIII skyrius

Apie valdytojo pareigas

1. MACER libro primo de officio praesidis. Praesidis nomen generale est eoque et proconsules et legati caesaris et omnes provincias regentes, licet senatores sint, praesides appellantur: proconsulis appellatio specialis est.

2. ULPIANUS libro vicensimo sexto ad Sabinum. Praeses apud se adoptare potest, quemadmodum et emancipare filium et manumittere servum potest.

3. PAULUS libro tertio decimo ad Sabinum. Praeses provinciae in suae provinciae homines tantum imperium habet, et hoc dum in provincia est: nam si excesserit, privatus est. habet interdum imperium et adversus extraneos homines, si quid manu commiserint: nam et in mandatis principum est, ut curet is, qui provinciae praeest, malis hominibus provinciam purgare, nec distinguuntur unde sint.

4. ULPIANUS libro trigensimo nono ad edictum. Praeses provinciae maius imperium in ea provincia habet omnibus post principem.

5. IDEM libro primo de omnibus tribunalibus. Praeses provinciae non magis tutorem quam specialem iudicem ipse se dare potest.

1. *Maceras, I „Apie valdytojo pareigas“.* „Valdytojas“ – bendro pobūdžio terminas, todėl prokonsulai, cezario legatai ir visi tie, kurie valdo provincijas, net tada, kai jie yra senatoriai, vadinami valdytojais[24]; prokonsulo titulas yra ypatingas.

2. *Ulpianas, XXVI Sab.* Valdytojas gali įsūnyti, pats (asmeniškai) atlikdamas įvaikinimo procedūrą, taip pat gali emancipuoti [savo] sūnų ir išlaisvinti [jam priklausantį] vergą.

3. *Paulius, XIII Sab.* Provincijos valdytojas turi *imperium* [valdžią] tik jam priklausančios provincijos gyventojų atžvilgiu ir tik tol, kol yra provincijoje; išvykęs už provincijos ribų tampa privačiu [asmeniu]. Tam tikrais atvejais jis turi galią ir kitiems žmonėms, negyvenantiems jo provincijoje, jeigu pastarieji įvykdo nusikaltimą: juk ir imperatorių mandatuose yra nurodyta, kad provincijos valdytojas privalo „valyti“ provinciją, turint omeny negerus žmones, nesvarbu iš kur jie yra [atvykę].

4. *Ulpianas, XXXIX Ed.* Provincijos valdytojas savo provincijoje, neskaitant imperatoriaus, turi didžiausią valdžią.

5. *Tas pats [Ulpianas], I „Apie visus tribunolus“.* Provincijos valdytojas negali pats sau paskirti nei globėjo, nei teisėjo savo bylai nagrinėti.

---

[24] Provincijos valdytojas = provincijos vietininkas.

6. IDEM libro primo opinionum. Illicitas exactiones et violentia factas, et extortas metu venditiones et cautiones vel sine pretii numeratione prohibeat praeses provinciae. item ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, praeses provinciae provideat.

1. Veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur: et ideo praeses provinciae id sequatur quod convenit eum ex fide eorum quae probabuntur.

2. Ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad religionem praesidis provinciae pertinet.

3. Illicita ministeria sub praetextu adiuvantium militares viros ad concutiendos homines procedentia prohibere et deprehensa coercere praeses provinciae curet, et sub specie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat.

4. Neque licita negotiatione aliquos prohiberi neque prohibita exerceri neque innocentibus poenas irrogari ad sollicitudinem suam praeses provinciae revocet.

5. Ne tenuis vitae homines sub praetextu adventus officiorum vel militum, lumine unico vel brevi suppellectili ad aliorum usus translatis, iniuriis vexentur, praeses provinciae providebit.

6. *Tas pats* [*Ulpianas*], *I Nuom.* Provincijos valdytojas draudžia neteisėtas ir smurtines pinigines rinkliavas, taip pat pirkimą ir garantinius susitarimus, išgautus įbauginant arba nesumokant [nustatytos] kainos. Provincijos valdytojas taip pat turi imtis priemonių, kad niekas neteisėtai nesipelnytų ir nenukentėtų dėl [neteisėtai] padarytos žalos.

§ 1. Dalyko esmė negali pakisti dėl registro klaidų; todėl provincijos valdytojas turi remtis tuo, kas jam atrodo adekvatu įrodytiems faktams.

§ 2. Provincijos valdytojo moralinė pareiga – kad stiprieji neužgauliotų silpnųjų ir stipriųjų gynėjai nepersekiotų nekaltųjų šmeižikiškais kaltinimais.

§ 3. Provincijos valdytojas privalo pasirūpinti, kad būtų uždrausta neteisėta veikla pareigūnų, kurie, apsimesdami norį padėti kareiviams, šantažuoja žmones, ir juos apklausus nubausti; taip pat turi uždrausti neteisėtą duoklės [mokesčių] rinkliavą.

§ 4. Provincijos valdytojas privalo pasirūpinti, kad niekam nebūtų trukdoma užsiimti teisėtu verslu; kad būtų uždrausta neteisėta veikla; kad nebūtų baudžiami nekaltieji.

§ 5. Provincijos valdytojas privalo užtikrinti, kad valdininkų ar kareivių atvykimas netaptų pretekstu engti vargšus žmones ir reikalauti, kad šie paaukotų kitų naudai net vienintelę žvakę arba skurdžius namų apyvokos reikmenis.

6. Ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, a quibusdam propria sibi commoda inique vindicantibus committatur, praeses provinciae provideat.

7. Sicuti medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: praetextu humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet.

8. Qui universas provincias regunt, ius gladii habent et in metallum dandi potestas eis permissa est.

9. Praeses provinciae si multam quam irrogavit ex praesentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit: necessitate solutionis moderetur reprehensa exactorum illicita avaritia. remissa propter inopiam multa a provincias regentibus exigi non debet.

7. IDEM libro tertio opinionum. Praeses provinciae inspectis aedificiis dominos eorum causa cognita reficere ea compellat et adversus detractantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.

§ 6. Provincijos valdytojas privalo pasirūpinti, kad nė vienas [karys], [veikdamas visų] karių vardu, o iš tikrųjų dėl asmeninės naudos, nevykdytų to, kas nėra susiję su visuotine karių nauda.

§ 7. Negalima kaltinti gydytojo dėl [žmogų ištikusios] natūralios mirties, tačiau jis turi atsakyti už žalą, sukeltą jo neišmanymo; negalima nebausti už nusikaltimą to, kuris apgaudinėja pavojaus ištiktus žmones, motyvuojant [jo veikos nebaudžiamumą] žmogaus prigimties silpnumu.

§ 8. Tie, kurie valdo provincijas, turi teisę skirti mirties bausmę ir yra įgalinti teisti [priverstiniais darbais] rūdynuose.

§ 9. Jeigu provincijos valdytojas pastebi, kad tie, kuriems jis paskyrė baudą, negali jos sumokėti dėl ribotų turtinių galimybių, turi sumažinti baudą ir tramdyti neleistiną mokesčių rinkėjų godumą. Neturi būti išieškoma bauda iš to, kuriam dėl jo skurdžios turtinės padėties ji buvo panaikinta provincijų valdytojų sprendimu.

7. *Tas pats [Ulpianas], III Nuom.* Apžiūrėjęs pastatus ir išnagrinėjęs esamą padėtį, provincijos valdytojas įpareigoja savininkus restauruoti pastatus ir tų, kurie atsisako [tai padaryti], nenaudai pašalina trūkumus, taikydamas atitinkamas priemones.

8. IULIANUS libro primo digestorum. Saepe audivi caesarem nostrum dicentem hac rescriptione: "eum qui provinciae praeest adire potes" non imponi necessitatem proconsuli vel legato eius vel praesidi provinciae suscipiendae cognitionis, sed eum aestimare debere, ipse cognoscere an iudicem dare debeat.

9. CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. Generaliter quotiens princeps ad praesides provinciarum remittit negotia per rescriptiones, veluti "eum qui provinciae praeest adire poteris" vel cum hac adiectione "is aestimabit, quid sit partium suarum", non imponitur necessitas proconsuli vel legato suscipiendae cognitionis, quamvis non sit adiectum" is aestimabit quid sit partium suarum": sed is aestimare debet, utrum ipse cognoscat an iudicem dare debeat.

10. HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum. Ex omnibus causis, de quibus vel praefectus urbi vel praefectus praetorio itemque consules et praetores ceterique romae cognoscunt, correctorum et praesidum provinciarum est notio.

11. MARCIANUS libro tertio institutionum. Omnia enim provincialia desideria, quae romae varios iudices habent, ad officium praesidum pertinent.

8. *Julianas, I Dig.* Dažnai girdėjau mūsų cezarį[25] teigiant, kad reskripto, kuriame numatyta: „Gali kreiptis į tą, kuris vadovauja provincijai", pagrindu prokonsulas, jo legatas arba provincijos valdytojas nėra įpareigojami atlikti [teisminį] tyrimą, tačiau jiems privalu nuspręsti, ar tai atliks patys, ar skirs [šiam reikalui] teisėją.

9. *Kalistratas, I „Apie teisminius tyrimus".* Kiekvieną kartą, kai imperatorius perduoda provincijų valdytojams prašymą [reskriptą], kuriame teigiama: „Galėsi kreiptis į tą, kuris vadovauja provincijai", taip pat papildoma: „Jis nuspręs, kas priklauso jo kompetencijai", arba tokio papildymo nesant, prokonsulas arba jo legatas nėra įpareigoti patys atlikti [teisminį] tyrimą, tačiau turi nuspręsti, ar patys spręs bylą, ar skirs [šiam reikalui] teisėją.

10. *Hermogenianas, II Teisės ap.* Visų bylų, kurias Romoje tiria miesto prefektas arba pretorijos prefektas, taip pat konsulai, pretoriai ir kiti [magistratai], nagrinėjimas provincijose yra korektorių (mažesnių provincijų valdytojų) ir provincijų valdytojų kompetencija.

11. *Marcianas, III Inst.* Visi prašymai, kuriuos Romoje nagrinėja įvairūs teisėjai, provincijose yra valdytojų kompetencija.

---

25 Labiausiai tikėtina, kad omeny turimas imperatorius Antoninas Pijus.

12. PROCULUS libro quarto epistularum. Sed licet is, qui provinciae praeest, omnium romae magistratuum vice et officio fungi debeat, non tamen spectandum est, quid romae factum est, quam quid fieri debeat.

13. ULPIANUS libro septimo de officio proconsulis. Congruit bono et gravi praesidi curare, ut pacata atque quieta provincia sit quam regit. quod non difficile optinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat eosque conquirat: nam et sacrilegos latrones plagiarios fures conquirere debet et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest.

1. Furiosis, si non possint per necessarios contineri, eo remedio per praesidem obviam eundum est: scilicet ut carcere contineantur. et ita divus pius rescripsit. sane excutiendum divi fratres putaverunt in persona eius, qui parricidium admiserat, utrum simulato furore facinus admisisset an vero re vera compos mentis non esset, ut si simulasset, plecteretur, si fureret, in carcere contineretur.

12. *Prokulas, IV Epist.* Vis dėlto tas, kuris valdo provinciją, nors ir turėdamas atlikti visų Romos magistratų pareigas, neprivalo vadovautis tuo, kas buvo atlikta Romoje, bet turi daryti tai, kas yra jam privalu [kiekvienu konkrečiu atveju].

13. *Ulpianas, VII „Apie prokonsulo pareigas".* Geram ir apdairiam valdytojui dera rūpintis, kad jo valdoma provincija būtų taiki ir rami. Tai nebus sunku, jeigu jis rūpestingai sieks, kad provincijoje nebūtų nusikaltėlių, ir vykdys jų paiešką: juk jis privalo sugauti šventvagius, plėšikus, plagiatorius, vagis, ir nubausti kiekvieną atsižvelgdamas į kaltės sunkumą, taikydamas prievartos priemones tiems, kurie juos slepia ir be kurių jie negalėtų ilgesnį laiką slapstytis.

§ 1. Bepročius, jeigu giminaičiai nebegali jų suvaldyti, valdytojas privalo izoliuoti ir uždaryti į kalėjimą. Šitaip nustatė reskriptu dieviškasis [Antoninas] Pijus. Dieviškieji broliai [Markas Aurelijus ir Liucijus Veras] deramai manė, kad privalu ištirti žmogžudžio asmenybę siekiant nustatyti, ar jis įvykdė nusikaltimą simuliuodamas beprotybę, ar iš tikrųjų buvo sutrikusio proto: jeigu apsimetinėjo, turi būti nubaustas, o jeigu tikrai yra beprotis, privalu jį uždaryti.

14. MACER libro secundo de iudiciis publicis. Divus marcus et commodus scapulae tertullo rescripserunt in haec verba: "si tibi liquido compertum est aelium priscum in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio matrem ab eo simulatione dementiae occisam: potes de modo poenae eius dissimulare, cum satis furore ipso puniatur. et tamen diligentius custodiendus erit ac, si putabis, etiam vinculo coercendus, quoniam tam ad poenam quam ad tutelam eius et securitatem proximorum pertinebit. si vero, ut plerumque adsolet, intervallis quibusdam sensu saniore, non forte eo momento scelus admiserit nec morbo eius danda est venia, diligenter explorabis et si quid tale compereris, consules nos, ut aestimemus, an per immanitatem facinoris, si, cum posset videri sentire, commiserit, supplicio adficiendus sit. cum autem ex litteris tuis cognoverimus tali eum loco atque ordine esse, ut a suis vel etiam in propria villa custodiatur: recte facturus nobis videris, si eos, a quibus illo tempore observatus esset, vocaveris et causam tantae neglegentiae excusseris et in unumquemque eorum, prout tibi levari vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. nam custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint: quod si committatur, non immerito culpae eorum adscribendum est, qui neglegentiores in officio suo fuerint."

14. *Maceras, II „Apie viešuosius teismus“.* Imperatorius Markas [Aurelijus] ir Komodas reskriptu, išsiųstu Skapulai Tertului, šitaip nustatė: „Jeigu tu esi ganėtinai tikras, kad Elijus Priskas yra tokios beprotybės būsenos, jog dėl nenutrūkstančio pamišimo visiškai neteko intelekto, ir nekyla nė mažiausio įtarimo, kad jo motina buvo nužudyta neapsimetus [Eijui Priskui] pamišėliu, gali nesirūpinti dėl jam skirtinos bausmės pobūdžio, nes pamišimas pats savaime yra pakankama bausmė. Tačiau jis turės būti atidžiai saugomas ir, jeigu nuspręsi esant būtina, galbūt sukaustytas grandinėmis, nes tai susiję ne tik su bausme, bet ir su jo paties bei artimųjų saugumu. Stropiai ištirsi, ar nėra taip, kad protarpiais būdamas šviesaus proto, kaip, beje, dažnai atsitinka, jis įvykdė nusikalstamą veiką būtent tokiu periodu, [todėl] jo liga negali būti [nusikaltimą] pateisinančia aplinkybe; jeigu nustatysi buvus panašiai, turėsi kreiptis į mus patarimo, idant įvertintume, ar dėl baisaus nusikaltimo [sunkumo], jeigu jis buvo įvykdytas suvokimo momentu, privalu bausti [mirties] bausme. Be to, iš tavo laiškų išplaukia, kad jis gyvena tokioje vietoje ir turi tokį statusą, jog gali būti saugomas artimųjų jam priklausančioje užmiesčio viloje; mes manome, kad tu tinkamai pasielgsi, jeigu iškviesi tuos, kurių prižiūrimas tuo metu jis buvo, ištirsi jų neapsakomo nerūpestingumo priežastį ir, remdamasis savo nuožiūra, nuspręsi, ar kiekvieną iš jų apkaltinti, ar išteisinti. Juk pamišėliai saugomi ne tik tam, kad nepadarytų žalos patys

15. MARCIANUS libro primo de iudiciis publicis. Illud observandum est, ne qui provinciam regit fines eius excedat nisi voti solvendi causa, dum tamen abnoctare ei non liceat.

16. MACER libro primo de officio praesidis. Senatus consulto cavetur, ut de his, quae provincias regentes, comites aut libertini eorum, antequam in provinciam venerint, contraxerunt, parcissime ius dicatur, ita ut actiones, quae ob eam causam institutae non essent, posteaquam quis eorum ea provincia excesserit, restituerentur. si quid tamen invito accidit, veluti si iniuriam aut furtum passus est, hactenus ei ius dicendum est, ut litem contestetur resque ablata exhibeatur et deponatur aut sisti exhiberive satisdato promittatur.

sau, bet ir kad nekeltų pražūties kitiems, todėl dėl įvykdyto nusikaltimo pelnytai turi būti apkaltinti tie, kurie nerūpestingai atliko savo pareigas."

15. *Marcianas, I „Apie viešuosius teismus".* Privalu, kad tas, kuris valdo provinciją, neišvyktų už jos ribų, išskyrus tuos atvejus, kai norima panaikinti kokį nors įžadą, tačiau su sąlyga, kad grįžtų nakvoti į provinciją.

16. *Maceras, I „Apie valdytojo pareigas".* Senatuskonsultu nustatyta: „Labai retai turi būti vykdoma [teisinių] santykių, kuriuos sukūrė provincijų valdytojai, jų patarėjai ar libertinai prieš atvykdami į provinciją, jurisdikcija[26]; todėl ieškiniai, nepateikti dėl šios priežasties, gali būti pateikiami po to, kai jie išvyksta iš provincijos. Tačiau jeigu [kuriam nors iš jų] atsitiko kas nors prieš pastarojo valią, pavyzdžiui, jeigu buvo įžeista jo asmenybė arba jis tapo vagystės auka, privalu nedelsiant pradėti teisminį tyrimą, suformuluoti ginčo esmę ir siekti, kad pagrobtas daiktas būtų pateiktas (teismui) ir atiduotas saugoti, arba būtų duodami garantai, užtikrinantys [atsakovo] atvykimą [į teismą] arba [pagrobto] daikto pateikimą."

[26] Teismo procesas.

17. CELSUS libro tertio digestorum. Si forte praeses provinciae manumiserit vel tutorem dederit, priusquam cognoverit successorem advenisse, erunt haec rata.

18. MODESTINUS libro quinto regularum. Plebi scito continetur, ut ne quis praesidum munus donum caperet nisi esculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur.

19. CALLISTRATUS libro primo de cognitionibus. Observandum est ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur. unde mandatis adicitur, ne praesides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant: nam ex conversatione aequali contemptio dignitatis nascitur.

1. Sed et in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlacrimari oportet: id enim non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. et summatim ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

20. PAPINIANUS libro primo responsorum. Legatus caesaris, id est praeses vel corrector provinciae, abdicando se non amittit imperium.

17. *Celsas, III Dig.* Jeigu provincijos valdytojas atliko vergo išlaisvinimo procedūrą arba paskyrė globėją nežinodamas, kad jau yra atvykęs jo įpėdinis (pareigų perėmėjas), šie veiksmai išsaugo [teisinę] galią.

18. *Modestinas, V Tais.* Viename iš plebiscitų yra numatyta, kad valdytojas negali priimti dovanų, išskyrus gėrimus ir maisto produktus, kuriuos galėtų suvartoti per kelias dienas.

19. *Kalistratas, I „Apie teisminius tyrimus“.* Tas, kuris vykdo teisingumą, privalo elgtis taip, kad būtų įmanoma į jį kreiptis, tačiau neturi toleruoti nepagarbaus elgesio. Todėl mandatai yra papildyti [pastaba], kad provincijų valdytojams nevalia labai artimai bendrauti su provincijos gyventojais, nes lygiavertis bendravimas gimdo nepagarbą didybei.

§ 1. Be to, ir teismo proceso metu nereikia niršti ant tų, kurie, jo manymu, yra blogi, ar lieti ašarų beklausant nelaimingųjų prašymų: juk nevalia, kad tvirto ir teisingo teisėjo veidas išduotų jo sielos būseną. Taigi jis privalo vykdyti teisingumą išmintingai saugodamas savo didybės autoritetą.

20. *Papinianas, I Atsak.* Cezario legatas, t. y. provincijos valdytojas arba korektorius, atsistatydindamas iš pareigų nepraranda valdžios.

21. PAULUS libro singulari de officio adsessorum. Praeses cum cognoscat de servo corrupto vel ancilla devirginata vel servo stuprato, si actor rerum agentis corruptus esse dicetur vel eiusmodi homo, ut non ad solam iacturam adversus substantiam, sed ad totius domus eversionem pertineat: severissime debet animadvertere.

